CINQUECENTINE
A 8

A

5a. G.I.35
Inv. A. 8

Molto raro
non risulterebbe posseduto
dalle biblioteche romane

Astronomicum Cæsareum;



Historicus, diuina gerens, sophiæq; peritus,
Hic sua cognoscet, si bona nosse volet.
Nam p vetustatis mirator tempora rebus
Distribuet, verè dum canet historias.
Ipse sacri præses noctes æquare diebus

Discet, & hinc serie festa locare sua,
Ipseq; naturæ rimator mira cometæ
Percipiet, nulli dicta vel acta prius,
Sed caueant animis adsint liuore perustis,
Hæc etenim labes cernere vera negat.

AROLVS QVINTVS

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA ROMANORVM IMPERA-
tor semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis &c. Vniuersis & singulis notum esse volumus. Quum noster & Imperii sacri fidelis, dilectus Petrus Apianus Mathematicæ rei in primis peritus, nobis humilime supplicauerit, quòd Ephemerides quasdam, vnà cum aliis infra
[illegible] maximo suo sumptu, pariq; tum inuentionis tum æditionis labore, in communem bonorũ studiosorumq; omnium
[illegible] ædere secum constituerit, Vereaturq; iàm ne eadem ab aliis quoq;, qui ex alterius incommodo suum aucupati cõ-
[illegible] alieno labore beneparta, in suum ipsorum male conuertunt vsum, imprimerentur, id quod in suum haud vulgare
fundares quatenus Priuilegii nostri prærogatiua ad certum annorum numerum, in quo nemo planè illud tentare auderet,
[illegible] Quumq; nos eorum, qui tum opera diligenti ac sedula, tum vigilantia sua non mediocri, quam & prouehendis bonis
[illegible] dandis vtilibus libris nulli nec sumptui parcentes nec laboti, liberaliter insumunt, Reipub. insigniter pro-
[illegible] & magnis, contra dispendium amouere, pro germano & innato nobis ad eximia honestissimaq; ingenuarum ar-
[illegible] promouere, cõtra dispendium amouere, pro germano & innato nobis ad eximia honestissimaq; ingenuarum ar-
ideamus, sit vt acilius Apiano quoq; prædicto, præcibus eiusdem & supplici petitioni condescendentes, Gratiam no-
tamus singularem. Omnibus itaq; & singulis Calcographis, Bibliopolis, & quibusuis alijs tenore præsentium districte in-
fra scriptos libros, quos prænominatus Apianus vel iam æditioni destinauit, vel æditurus, eruditis omnibus in publicũ
quam, [illegible] Ephemeridies ab anno salutis nostræ Millesimo quingentesimo tricesimoquarto ad Septuagesimum supra Mil
um du[illegible] præterea libros de Vmbris, Centiloquium Arithmetices: & alium adhuc de Arithmetica libellum, cum
tatis: De mensuratione valorum cum artificiali partis vacuæ inuentione: Schedulas diarias siue Almanak cum iudicijs an-
oqu[illegible] tur) Prædicis, quibus ærismutationes, dierumq; electiones singulæ continentur: Libros item de coniunctionibus,
ailla Vul[illegible]ah Pyrckameri translatione, antehac nunq; æditum, cum Tabulis correctissimis, & in quadrangularẽ figurã
[illegible] conformatis: Ptholemæi etiam libros Græce, eruditos eos sanè, & (quod tanto authore dignissimum erat)
[illegible] in propria lingua retinentes: Librum de Eclipsibus: Librum Azophi Astrologi vetustissimi: Libros Ge-
[illegible] simul ac doctissimi Perspectiuam, opus & ingens & ipsa materiæ iucunditate laudatissimum: Astrono-
Crescis: Libros de Iride. Tabulas resolutas iam per eundem recens supputatas: Radium nouum Astro-
[illegible] cum vario Sinuum & Chordarum vsu: Librum de Speculo ad pulchertimas dimensiones apte adcommo-
[illegible] cum omnis generis obseruationibus itidem per sinus & chordas, adiuncto insuper Meteoroscopio duplo
[illegible]) numerorum, Astrolabiumq; numerorum vniuersale, vt recens ita vtilissimum: Tabulas seu Mappas, vt
[illegible], aut etiam quarundam Regionum seu Prouinciarum particulares: & quicquid in Mathematicis rebus
[illegible], aut si qua aliena rerum Mathematicarum monumenta prius neutiquam excusa, sua vero iam industria re-
[illegible] rum illustrata per quoscunq; volet Impressores, in lucem æderit, intra spacium triginta annorũ, ab ipso
[illegible] ter suam ipsius voluntatẽ, excudant, seu excudere faciant, neq; sic excusos venum exponant seu vendant, sub pœ-
[illegible] Augusti, prouincia Cameræ nostræ Imperiali, altera vero medietate dicto Apiano irremissibiliter exoluendarum, tum amis-
[illegible] æmulationem excudendum, quos vbicunq; locorũ nactus fuerit, per se siue suos, aut adiumento Magistratus eius loci, sibi vendi
[illegible] eius fiam rodigere potest. Harum testimonio literarum Sigilli nostri appensione munitarum. Datum in Ciuitate nostra Im-
periali Ratisbona, die tertia Mensis Iulii, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimosecundo, Imperii nostri Duodecimo, & aliorũ Re-
gnorum nostrorum Decimoseptimo.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Maiestatis propriũ.
Ioannes Obernburger.

Ex Held

CAROLVS.



AVGVSTISSIMIS CAESARI-
RIBVS CAROLO ET FERDINANDO, IMPE-
RATORI ILLI REGIQVE HVIC RHOMANIS, FRA-
TRIBVS INVICTISSIMIS &c. ILLVSTRISSIMIS PRIN-
CIPIBVS, AVSTRIAE ARCHIDVCIBVS &c. DOMINIS
SVIS CLEMENTISSIMIS, PETRVS APIANVS

à Leysnick, Salutem obsequentissimus præcatur clien-

MOS EST, INVICTISSIMI CAESARES, AEDITVRI-
vt quos sui patronos statuunt, laudum nominibus, virtutumq; insignis operosissime de-
& Mæcenates scribentum præconiis illustriores, ipsi vero rerum traditores, patrocinioru[illegible] pr
euadant. Quod equidem vtrumq; mihi tam fœliciter cessisse dum vestris maiestatibus [illegible]
pergaudeo. Cum enim maiores sitis, quam qui encomia admittatis, ego vero indignã
audeam, indoctiorq; quàm vt patria possim, plane veniam huius cõsuetudi[illegible]e imperaff
nodum in scyrpo quærere malit, quàm mihil agere! Atsi Horatius ille Flaccus Pi-
musq; Agrippæ carmen negauit, metuens se laudes eius culpa ingenii deminuturu[illegible], qua
homini ab omni arte, eloquentiaq; alieno aliquid hic ausuro, putet quis [illegible]ce[illegible] et pi-
ri buccinatores in hoc dies & noctes incumbentes strennuissime, qui e[illegible]a, vtas, & a[illegible]
niq; orationis varietate orbi prædicent, proclament, longumq; in æuum diffundant, [illegible]
præclaros viros, in præsentia quid moliar, merito iuxta prouerbium, ne pictos quidem adhuc nouisse Cæsares arguã q
insimuler ignorantiæ & quasi cœlum mathematicus non videam, pluta nũc addere supersedeo. Cæterum cur vestris ma
ribus, & Austriæ Archiducibus, potissimum assertoribus gaudeam, hoc malo persequi. Consideranti mihi paulo alti
ratorumq; Rhomanorum in excolendis, prouehendis atq; adeo perpetuitandis, vt sic loquar, mortalium ingeniis, studia &c.
alibi gentium gloriam parem vnius nominis existere. Neq; veto est q; hic se iactet vel Græcia, vel Pharsicia, vel Egypti
litterarum artiumq; principia sibi vendicent. Quandoquidem ille non minus conduxisse videtur qui inuentum probe in vt
transfundit, quam ille qui rem primus ostendit. Inuentor prodesse cogitat, alter re ipsa prodest. Vt enim architectus non
plexatur, vbi opus structura est, gnomonis doctorem, q̃ datorẽ, sic puto neminẽ requirere, quando exigunt artis opera, potius [illegible]
artis traditorem presentem. At qui melius tradunt hæc in manus hominum, his qui curant assidue, vt optimi quique autores in orbem
diuulgentur? quiq; ingenia hominum, vt cum Plinio loquar, rem publicam faciunt? Iam vero hac in parte qui plus [illegible]derint multis iam seculis
populo rhomano et populosissimæ certe orbis parti Europę, quàm rhomani Cæsares nullisunt., Vt enim à primo ordiar. Nonne Augustus
statim, tantum non gentis huius & nominis princeps, si lulli demas, ille (nec sine deo quidem) Apollinem suum palatinum [illegible]
tum græcis tum latinis magnificentissime instructum, perpetuæ vtilitati consecrauit? ibiq; non modo suæ, sed & omnium linguarum & ætatum
authores selectissimos ipse eruditissimus, suis quantumuis grandibus coëmit sumptibus, salutiq; hominum gratuito dedicauit? Inde enim innu-
merabiles viri, & in omni disciplinarum genere consummatissimi prodierunt sedulo, cui rei si cæteros taceam, argumento certissimo vel vnicus
Celsus poëta esse potest, qui quantus quantus fuit, ex Bibliotheca reddatus est Augusti. Dum enim scripta palatinus quæcunq; reponit
Apollo, Lustrat, vt inquit ille, quãtũ nõ dii boni cognitionis hausit! Atqui hic mihi optarem, eam eloquendi vim quantam neq; Grajus, neq;
latinus orator habuit, vt hanc tam sanctam Cæsareæ gentis pietatem dignæ admirationi adferrem, vereq; suspiciendam mortalibus edoce-
rem, quod equidem, quia non licet, admitor vnice interim, exosculorq; optans, imò deprecans ab omnibus parem religionem in adorandis
Cæsarum virtutibus. Sed vt ad rem redeam, Augustus Rhomanorum Imperator secundus primus studuit libris æternitati consecrandis,
& certe primus, cum nemo sit qui Asinij Pollionis operam (quanquàm prior Marci Varronis bibliothecam Rhomæ exhibuerit) cum Cæ-
saris thesauris conferre audeat, quis enim priuatum consuli, consulem Imperatori gentiumq; domino præstitisse crediderit? Quos autem &
quales rerum fontes mundo præparauerit, facile colligere est ex tanti principis iuditio. Quantus enim ingeniorum delectus in eo fuerit, vt
reliquos preteream, Virgilius noster, qui etiam hodie omnium consensu, parens eruditiõis appellatur, testis est, quantus item doctrinæ fauor
amorq; penes hunc extiterit, partim & idem Maro docet, quem ex mediis flammis, (dum eius opera contra testamenti verecundiam cre-
mari vetat.) eripuit, partim alii. Anthonio namq; Musæ medico suo statuam erigi iuxta signum Aesculapii passus est, Cornelium Gal
lum poëtam eximium ad præfecturæ gradum vsq; promouit. Frontonem philosophum ob insignem scientiam Consulari dignitate
donauit. Neq; illud quoq; obscurum est quod Alexandrinis pepercerit non magis ob aliam rem vllam, quàm Artii philosophi amoremAt-
qui huiusmodi sexcenta ni longior esse nolim, in re aperta, suppeterent, quibus Augustũ & litteras & litteratos ornasse, auxisse, ditasseq;, palam face
rem. Verum enimuero quid in vno immorer? quasi non venerandum hunc, neq; satis laudandum morem, omnes fere sequentium sequa-
studio, simili ardore, nec minoribus expensis, continuauerint. Vt enim aliquot dumtaxat exemplis (nam singula singulorum patrocinia re-
cẽsere infinitũ foret) rem probem. Nonne Tyberius Claudius Nero, Vespasianus vterq;, Anthonini ambo, Traianus Tacitusq; Im-
peratores, Valeriũ, Senecam, Lucanum, Andromachum theriace inuentorem, Iosephum, Plinium vtrumq;, Plutarchum, Cornelium Tac-
tum authores orbi dederunt? quorum vltimus non modo vt in omnibus bibliothecis collocaretur, verum sed decies ad vsum publicum quot
tannis transcriberetur, edicto cautum est. An non legimus Iulium ipsum dictatorẽm omnes medicinæ liberalium q; artium professores,
quo libentius vrbem incolerent, ciuitate donasse? Vespasianum latinis græcisq; rethoribus, annua centena (quæ duorum milium, quin-
gentorumq; aureorum nobis summa est) persoluisse! Anthoninum pium rethoribus philosophisq; non salaria tantum, verum sed honores &
prouincias decreuisse! Gordianum denicq; sexaginta duo millia voluminum bibliothecæ suæ intulisse! Antonius Imperator Severi filius Op-
pianum pœtam pro opere de piscibus sibi dicato, tot aureis donauit, quot versus dederat. Domicianus Statium et Sylum vates, hunc
tertio cõsulatu illum corona insigniuit. Posteriorisq; memoriam Martialis poëta his versibus celebrat. Augusto pia thura victimasq;
pro nostro date Sylio camenæ. Bissenos iubet en redire fasces, Noto consule nobilisq; virga, Vatis Castaliam domum sonare, Rerum
prima salus & vna Cæsar, Gaudenti superest adhuc quod optet, Felix purpura tertiusq; consul. Theodosius Autelium Prudentium ad
militiæ præfecturam perduxit. Ausonius à Cæsare Gratiano cuius filium erudiit Consul est factus, Quintilianus stipendium meruit sub
Domitiano è fisco accipere, Adrianus & Antonius Atrianum historicum propter Alexandri historiam scriptam ad Consulatem dignitatem
euexerunt, Traianus Dionem Prusieum philosophum curru suo non semel dignatus est, Cyrus Pannapolita poëta Theodosii iunioris bene
ficio factus est Episcopus, Constantinus Ablabium philosophum vna cum filio rectorem imperii fecit, Claudiano statuam erexerunt Archa-
dius & Honorius, quam in foro Traiani collocari præceperunt, Marcus Anthonius Imperator Iunio rustico philosopho, consilia sua publi-
cauit omnia, consulatuq; viuum, statua mortuum decorauit. Dies me citius papiriusq; deficiat anteq; omnia omnium Imperatorum præ
conia, quæ litteris earumq; cultoribus fouendis hactenus meruerunt, singulatim persequar. Breuiter ita omnes reliqui diuinitus certe ani-
mati studiis profuerunt; omnes inquam, paucis exceptis, quos aut mors maturior, aut valetudo iniquior vetuit; nunquàm non commodis
mortalium inuigilando, optimisq; indolibus iuxtà extollendis incubuerunt. Emulantes nimirum peruetusta maiorum suorum vestigia, Siqui-
dem Pergami reges, vnde rhomana origo, primi omnium iam olim hoc institutum, studiosissime coluerant, quibus maximis certaminibus bi-
bliothecæ semper sunt institutę, Plinio teste, imò vt Plutarchus tradit grauissimus author, ducentis librorum millibus coaceruatę, adeo pla-
nè genuinum, & à proauis vsq; ingenitum, fuit Cæsaribus, honestis artibus studiisq; hominum adesse, consulere & prospicere. Ad nostra
propius tempora veniamus, atq; adeo ad imagines vestras Austriacas centum iam perpetuis annis (quæ laus nulli alı domui cum vestra
communis est) Imperio rhomano felices augustasq;, in quorum annorum spatio, quantum bonæ litteræ & artes omnes ab Imperatoribus, Au-

 strisq;

strixq; ducibus adiutæ sint, dictu vt est promptum sic rursus præcopia difficile: Initium autem summentí à Diuo Alberto secundo, potentissimo Cæsare, Boemiæ, Vngariæq; rege in hæc nostra tempora Imperium vestrum continua serie demittente, occurrit præter alia studia æque admirari Mathematicam tanta fide cultam nomini Austriaco. Ioannem Gmundensem, Peurbachium, Ioann. Regimontanum, Stabium, mathematicos incomparabiles, nec vlli veterum dissimiles, nonne vestri maiores tulerunt Austriæ duces, sacratissimiq; Imperatores Albertus, Fridericus, Maximilianus? Vt interim Poëtas, Oratores, Historicos, Iurisprudentes, Medicosq; sileam, quibus profecto nulla ætas aut vbi copiosiores, aut mirata est doctiores. Nominarem aliquos, nisi omnes malint, nominarem omnes, nisi complures nolint, prosindedum hoc præterreo posteritati nunquam taciturnæ cunctos relinquo. Quis autem enumeret eos quos nunc vos Inuictissimi fratres pro tis huic æuo, studiisq; excitatis? quos sane, ingenue dicam, qui referre conabitur, nõ aliud facturus, quàm arenas Istri, aut folia Herciniæ Atqui hæc est vna ratio cur Cæsaribus potissimum tutoribus gestiam, quia hanc aram non plumbus vspiam, neq; tutius, neq; uideam. Sicut etiam altera quare Austriacis Ducibus, quando mathematicis excellentibus saluberrimam hactenus an sciam. Nec minus animi mihi addidit Regum Hyspaniæ beneuolentia longe semper in Matheseos studia propensissima, is Rex Castellæ Clementissimus, Mathematicusq; eminentissimus, partim opere ipso comprobauit, partim Alfonsius eruditior, in potentior, in Iouiano Pontano artis mathematicæ scientissimo, splendidissimè per Iulium Massanensem p. Idem spei fecit Mathias Rex Vngariæ Christianissimus (quod nomen nunc alter vestrum induit, sicut & priorum er quoq; tenet) qui Ioannem de Monte Regio Germanum, mathematicæ alterum Hipparchum amplissimis hono planè, Hispania, Vngaria & Austria (quæ omnia vos Augustissimi Cæsares estis) sibi similes sunt in alendis, fouen thematum interpretibus, Summatim dicam, quam grati fuerint, sintq; nunc, harum disciplinarum doctores Austriæ celeberrima, taliũ virorum, patens, Academia Vienna, Ducatus Austriaci metropolis, vnde non secus atq; ex equo malthęæ cornu, omni nationi, omniq; regioni mathematici sufficiunt. Ea igitur in arte cum nos quoq; videremur ea os nemo, cuperemus autem hoc pacto mundo prodesse, auscultantes Platoni, non potuimus adduci, vt crederemus il- ſe q; Cæsaribus tutantibus. Cum enim alteri occasus, alteri ortus pareat, facile vtrinq; sperauimus nos, sub vestra enti hominibus allaturos. Adhæc cum subinde astronomica in hoc opere tractaremus, occiduamq; sic & orientis plaremur, non potuerant non Cæsares nobis ob oculos, mentemq; versari crebertime. Quod postremum medius fi- etiam vestris maiestatibus hoc muneris deferendi ansam iam pridem fingenti hoc opus, præstitit. Accedit hiis quod Co- iam olim vestris maiestatibus deuouerunt integrè, quibus non solum illud, sed totum me debeti fateor. Nondũ enim mihi indigno collata beneficia, pro quantulacunq; opella instrumenti sez per me vestris maiestatibus exhibita, vbi non mo in studia sublimis fauor, verum matheseos singularis amor cognitus est, ita vt omnino quod de Archiducibus Austriæ cele quod mathematicos nemo illis adámet sincerius, neq; honestet largius, verissimum esse ipse competirem. Quæ res me gratum volentem & nolentem, vt dicitur esse compulit. Habetis igitur quo consilio & scripserim & inscripserim hunc librum proculdubio patrociniis vestris clientelam hanc non grauatim admissuri, Apianiq; non magis opus hoc, quàm vestrum Delibri ordine non est vt quicquam addam, quando omnia suo loco patent clarissime. De vsu vero & præstantia eiusdem, ver- Quæ mathematicorum turba hunc vsq; in diem, difficultatibus, laboribus tediisq; non dicendis, per numeros, calculationes, spe in motibus cœlestibus, stellarum fixarum locis veris, longitudinibus, latitudinibusq; planetarum septẽ, Solis, Lunæq; ecl'psi bers, breuiter, omnibus primi mobilis commoditatibus inuestigandis, ægerunt, ea tanta facilitate, citra omnem supputationem, & contem- plationem, præsenti volumine traduntur, vt asserere audeam, vix vllibi syderalis scientiæ studiosis, aliud quicq; vtilius extare. Inter quæ omnia, non vltimum opere precium reor, monstratum à nobis, quo pacto historiarum mendæ corrigi debeant, prius à nullo vnquàm dictum, neq; animaduersum, quæ res quantum momenti habeat, ille demum videbit, qui quid historiarũ ordo in rebus humanis quæat, perpendet. Quo in loco etiam alia quædã recensere nõ ab re foret, vti æquinoctii euidentẽ cognitionẽ, neq; antea à quoquã tanta facilitate relatã, similiter cometarũ obseruatiões, nemini ante nos ita certe sincereq; proditas, pluraq; quæ operis processus ostendit, sed tamen nevltro mea cantare, Sybaritaq; iuxta adagium per plateas ferri videar, prudens omitto. Postremo deum Optimum Maximum precor, vt vestras Maiestates orbis humani bina subsidia, quam diutissime publicis commoditatibus reseruet.

DE INVICTISSIMIS, CARLO ET FERDINANDO Fratribus, Orbis Romani Imperatoribus, Epigramma Christophori Starmionis M. D.

Ipse sub affini moderamine gaudet olympus,
Terraq; cognato gaudet in imperio.
Sydera cum Luces noctes, fraterna gubernent,
Ortus, Occasus, frater vterq; regit.
Ambo Rhomanæ gentis, hunc latius inumbrat,
Phœbus, cum vigili roridus orbe videt.
Dic igitur cœlum potius tellure quid ornet?
Hoc habet, est posthac illa datura deos.

EIVSDEM IN AVTOREM.

Inuenit Hipparchus, Ptolemæus illustrat, at illos.
Eiusdem facti singula fama colit.
Nunc Apianus erit modicus? qui pteſtat vtrumq;.
Prima simul nobis & manifesta ferens?
Si meruit graius statuas puer arte Betosus,
Quid ni germanus templa magister habet?

ARGVMENTVM OPERIS PER EVNDEM.

Quos peragant cursus errantia sydera, quosue
Fixa: quibus phœbe subtrahat ora viis,
Quis sit inæquato figendus terminus anno,
Vt numeret festos litera sacra dies,
Quam variet graius, quam nec latius sibi constet,
Historicus, Crises tempora quæq; ferant.
Cuncta bipartito sed prima volumine cernes,
Mille quibus species membraq; mille fluunt.
Altera pars subdet primo quotus vsus ab orbe,
Sit, veluti caudam à Sole Cometa ferat.
Innumeros fructus Torqueti nobilis inde,
Structuramq;, suo quæq; nitore decens.

Omnia quæ tanto spectabis acumine nata,
Quam poteras nusq; si prius acta forent,
Adde quod est numeris sine quiduis & sine calculis,
Quod tenuit priscos nosq; moratur opus,
Estimet authori quid lector debeat ergo,
Estimet & prudens hoc bene posteritas.

IN ASTRONOMICVM CAESAREVM P. Apiani Sebast. LincKius ad lectorem.

Sedula quæ frustra quæsiuit sæpe vetustas,
Abdita linigeri vatibus astra chori.
Quæ nec marmarici, perspexit sensus Atlantis,
Sustinuit qui humeris sydera clara suis.
Cuncta suis numeris dimensus quæq; sagacis
Nesciit Euclidis calculus ingenii.
Optabat radiis quæ & puluere scire notato,
Confundens artis sanguine signa suo,
Quæ nec Dædaleæ monimentum circinus attis
Tortilibus gyris vel sinuare potest,
Hæc te cuncta docent, Apianęæ rara Minetuæ
Pignora: tum facili (lector amice) modo.

LIBER LOQVITVR.

Quid faciam? vulgi sum memet in ora daturus
Vltro, num tutus malo latere domi?
Posterius certe satius: sed publica cogit
Quem magis vtilitas deprecor huic quid agas?
Huic ego parendo nil non sum ferre paratus,
Nec fieri mundo fabula nota queror.
Spes tamen est ingens fruiturum sydere fausto,
Tectum cæsareis non male nominibus
Hiis etenim semel acceptus, semel hisce probatus,
Iudicium vulgi nil motor instabilis.
Quem penes incerti certi quoq; norma vacillat,
Consimili censens æqua & iniqua fide.

APIANVS LECTORI

QVM VIDEREMVS, CHARISSIME Lector, pleraq; insignia, artisq; Astronomicæ auidissima ingenia, hoc nostro æuo passim extare, verum ad eam capessendam accedentia, illico præ numerorum copia, computi difficultate, speculationisq; acumine, auerti, immo prorsus in fugam cogi, indeq; adeo aliarum disciplinarum, quantumuis scientissimos innumeros, paucissimos huius libertime artis, vel aliquatenus petitos reperiri, ex animo non dolere non potuimus. Sed dic obsecro quæ nam huius rei causa sit? alia profesto nulla, quàm quod prima ætate sinistrius in Arithmeticis instituantur plurimi, sine quibus, neq; Astronomica, neq; cæteta recte disci possunt. Numeroq; enim cognitio, non tantum syderali scientiæ seruit, verum sed ingenia hominum omni alio studio præparat, magisq; idonea reddit, vt non temere Pythagoras eum omnia nouisse dixerit, qui numeros norit. Hoc inquam cum videremus, tantumq; mathesim odium, difficultatis nomine, conciliare sibi animaduerteremus, cogitare cœpimus quo nam pacto huic æuo remedium inueniretur, auxiliumq; illis adhuc quos Arithmetica quoniam deseruisset, Astronomia saltem non repudiaret, ferri queat. Cogitantibus diu: tandem, si theorica cœlestis vniuersa, sine numeris & calculis ad instrumenta redigeretur, fieri posse succurrit. Facies horrẽda sane, & quã vix animꝰ cogitãdo sustinere valeret primo visa est, nisi tẽpore sui asperitatẽ poneret, tractabi liorãq; sese postlõgũ offerret. Nonnullã igitur eũ de se adhuc colen da spem promitteret, adniſi deo duce nos (quamuis nihil quidquam eiusmodi à quoquam mathematicorum hactenus somniatum, nedũ opere tentatum sit) adinuenimus, quomodo Astrorum cursus, errãtium syderum motus, eclꝑsium rationes, aliorumq; cœlestium contemplationes, citra calculandi labores vllos inquirere, dicto citius per instrumenta nemo non nostro auspicio possit. Inter laborandum interim nos non semel dehortati, qui sic insanientes iter tam implicitum tam inexpeditum, tam nullis omnino vestigiis, nulli plãtæ, nullis pedibus tactum, ingrẽdi sic confidentes auderemus. Imo cum res omni conatu aliquandiu superior ãpparet, partim rei difficultate territi, partim nouitate attoniti, pedem non semel retulimꝰ progressuri non tantillum, fatemur, quantumuis nobis occinẽret in arduo positam virtutem Hesiodus, laboremq; improbum omnia vincere Maro, nisi labori summo, fructum longe maximum, tuum sez quicunq; sis proxime bonum seiremus respõsurum. Quo dum re speximus, vniuersi oneris facile obliuiſci potuimus. Tibi enim natum iam olim me docuerat præter Platonẽ diuina institutio. Quod vicissim & tu, dum perpendes meq; tibi consuluisse vere persuadebis, nõ dubito, quin nostrã operã, sis quã optime interpretaturus. Reliquũ est quod te ignorare nolim, totius operis structurã seu instrumẽta per Cæsarum genituras Rhomanorum CAROLI & FERDINANDI illustrata esse, ita tamen vt tempora qualia afferũ tur nequaq; ita se habeant, dies enim & anni tantummodo in his cognosci possunt, quod ad horas & minuta attinet neutiq;. Hæc autem exempla duplici ratione motus subintuli, partim, quia demonstratione omnino aliqua opus esse videtem, citra quam inutile quodam modo erat, nudum instrumẽtorum vsum proponere, partim, quia demonstrationes non aliq; quas perpetuitati remitterẽ digniores occurrerẽt. In hiis ergo, si nihil aliud memotabitur, dies tamen & annus quẽ solum æternæ posteritati memorã dum nemo non videt certus verusq; legetur. Hoc in demonstrandi opere quantum sudauerimus, estima tu, lector candide, dum tuo vsui inuigilauimus indefessi. Hoc enim quicquid laboris est, tuo nomine sublatum putare omnino debes. Quod si feceris, coges me olim. Deo iuuante, quoddam de eclꝑsibus, peculiare opus parere, sicut & tabulas, quas voeant resolutas expeditiori, succinctioriq; via, breui post polliceri venturas tibi, sic, id est, nostro conatui fauens, poteris. Vale optime.

INDEX

INDEX IN QVO OCVLIS PATENT OMNIA QVECVNQVE IN hoc opere continentur scitu digniora alphabetica serie expositi.

Annj ab Adam ad Christum iuxta alfonsi manar & Hebreos
Artaxerxis, Asueri dicti, regnum quando
Aristoteles quando exiterit.
Alexandri mors quot annos Christum præcess.
Aratus poëta & Astronomus q æuo scripsit
Archimẽdis geometræ ætas
Abrachis Astronomus qua vir.
Andromachus Cretensis T insuetæ, re
Agrias astronomus quando fi ſuisse ratu
Alcmeon medicus & Astronomus quando fle
Albategni Mathematici ætas.
Azophi Arabis seculum.
Auicennæ medici tempus.
Abrahami Auenæræ Iudei seculum.
Alfonsi Rom. & Hisp. regis & astronomi clarissimi æ.
Artis Impressoriæ inuentio. per quem & quando fact.
Annus Solaris quid.
Annus Bissextilis. enu.
Annus intercalaris. enuncia.
Annus ciuilis quid. enuncia
Annus Lunaris. enuncia. 1
Annorum diuersitates variæ. enuncia. 1
Astronomis à meridie in meridiem dies computantur. enuncia. 1
Astronomorum error per radicem Christi, annos Christum præcedentes, computantium. enuncia. 1
Artetis principium veræ ecl'pticæ vbi situm sit enuncia. 2
Aequinoctii punctum subinde variat in æquatore, iccirco & tempora ipsa, enuncia. 3
Aequinoctiũ vernale Christi tpe quando cõtigit E. 2
Aequinoctiũ vernum quando nostro æuo contingat E. 2
Aequinoctii dies quam vmbram describat enuncia. 2
Aequinoctium tempore vtbis conditæ, enuncia. 33
Aequinoctia quibus temporibus eueniant. enuncia. 39
Aequinoctia meridianis omnibus adaptare. enuncia. 39
Abhominabilis error quorundam de æquinoctio vernali. enun. 2
Auges planetarũ ante & post Christi tempora quomõ sciãtur. enũ. 4
Auges errantium diuersi tempore. enuncia. 4
Auges planetarum Caroli & Ferdinandi Cæsarũ tẽporibus. enun. 4
Autiga variis nominibus insignis. enuncia. 4
Aquilæ cœlestis forma. enuncia. 4
Andromedes figura in cœlo statutæ. enuncia 4
Australes stellæ vti prius cum Sole occidunt quam oriũtur. enun. 4
Atlandides Pleiades vnde dictę, & quot numero sunt. enuncia. 4
Asini stellæ vbi locatæ. enuncia. 4
Argonauis situatio. enuncia. 4
Argumentum latitudinis lunaris vt inuenias. enuncia. 38
Aspectus quid sit & quid per eum intelligendum. enuncia. 39
Aspectuum numerus quis sit. enuncia. 39
Aspectus quoslibet Lunæ cum planetis omnibus quomodo per calculos assequaris. enuncia. 20
Aspectꝰ planetarũ inter se excepta Luna qua rõne deprehẽdas. E. 23
Aspectus planetarum inter se Lunam præter quomodo per numeros inuenias. enuncia. 23
Applicare planeta quando dicatur. enuncia. 23
Argumentum Solis medium quomodo habeatur. enuncia. 25
Argumentum Lunæ medium quo pacto indagetur. enuncia. 25
Anaxagoras qñ ceperit de motu Lunæ scribere. In exẽplo. enũ. 30
Athenienses mensium suorum numeros quomodo Lunæ ætatibus in exemplo. enun. 30
aptarint. enuncia. 35
Aureus numerus veluti reperiatur. enuncia. 35
Aurei numeri inuentio. enuncia. 35
Aurei numeri vsus enun. 35
Aureus numerus quare sit à posterioribus posthabitus. enuncia. 35
Aureus numerus Iulii Cæsaris tempore. enuncia. 37
Anni bissextilis inquisitio. enũ. 37
Annus Solaris quot diebus constet secundum Iulii Cæsarẽ. enuncia. 40
Astra diuinę virtutis instrumenta vt sint, enuncia. 40
Astrorum dispositionibus inferna omnia affici. enuncia. 3 ptis sectidę
Arcalis Mecheoroscopii ingressus quid sit, enuncia.

INDEX

Assis quando vixerit. Enunctia. 3
Blanchini ferrariensis tempus. Enunctia. 3
Bisextilis dies ratio Enunctia. 4
Bootes quomodo vocetur, qualisq; & vbi in cœlo luceat. Enunctia. 4
Bellum Niciæ quando in Sicilia gestũ sit En. 3 & exemplo E. 30
Cæsius Sulpitij Galli ofi eclipsi apud Liuiũ prædixit. E 3 & 30.
Claudius Ptolomæi Alexandrini Mathe. & philo. seculũ E 3
[illegible]lium in Nicæa factum Enunctia. 3
[illegible] Romanorum Imperatoris ortus Enunctia. 3
[illegible]ecepti[illegible] die natus. Enunctia. 3
[illegible]anno [illegible]ecreari. Enunctia. 4
[illegible]rtronales sitæ. Enunctia. 4
[illegible]nomina Enunctia. 4
[illegible]do dicatur. Enunct. 4
[illegible]scõponatur & quã varie appelletur. Enunctia. 4
Enunctia. 4
[illegible]nior. Enunctia 4
[illegible]ando sit. Enunct. 4
[illegible]yon, quomodo [illegible]nio dicatur. Enunctia. 4
[illegible]connectatur Enunctia. 4
[illegible]dicatur. Enunctia. 4
[illegible]possideat. Enunctia. 4
[illegible]quæ sit Enunctia. 18
[illegible]aconis Locum ceu reperias. Enunctia. 19
[illegible]& vnde dicatur. Enunctia. 23
[illegible]quando dicatur. Enunctia' 32
[illegible]gnas veluti quis indaget Enunctia. 32
[illegible]maguarum vires. Enunctia. 32
[illegible]magnarum appellationes triplices, Enunctia 33
[illegible]hoc ex natiuitate cognoscere, Enunctia. 4
[illegible]conſe-flatio & nomina Enunctia. 35
[illegible]rum festo[illegible] mobilium quomodo indages Enunctia. 37
Cycli Solaris inuentio Enunctia. 37
Concurrentes dies quomodo noscantur, Enunctia. 37
Cyclus Solaris vnde dicatur. Enunctia. 37
Christianorũ Cõcilium primum vbi gentiũ & qñ habitũ sit. Enũ. 38
Criticos dies inornite Enunctia. 40
Crisis cognitio quibus perscripta, Enunctia. 40
Criticorum dictum necessitas. Enunctia. 40
Crisis quid. Enunctia. 40
Critici dies quadruplices Enunctia. 40
Crisis vnde auspicanda sit. Enunctia. 40
Crisis hora veluti inquirenda sit Enunctia. 40
Crisis qua ratione contingat. Enun. 40
Crisis quomodo salubris vel insalubris cognoscatur, Enunctia. 40
Crises quibus de causis varientur. Enunctia. 40
Crisis inditium quale eclipsis coincidens Enunctia. 40
Crisis vt sit iudicanda secundum planetas Enunctia. 40
Cometæ tertij motus contra signorũ ordinem vt fuerit, parte secunda.
Caudas Cometarum à Sole generati quomõ cognitũ sit parte secũda.

Daniel & Ezechiel prophetæ quando extiterint, enunctia. 3
Diocletiani dominium. enunctia. 3
Draconis constellatio & appellatio. enunctia. 4
Delphini situs. enunctia. 4
Dierum naturalium æquatio. enunctia. 5
Dierum naturalium inæqualitas enunctia. 5
Dies naturales duplici ex causa inæquales fiunt, Ibidem
Dies apparentes & differentes qui sint. Ibidem
Dierum æquatio in supputatione motuum quid valeat Ibidem
Dierum æquatio in aspectibus quid agat Ibidem
Darius quo tempore ab Alexandro victus sit Eusebio teste Enũ. 29
Darius qñ ab Alexãdro debellat' sit Ptolemæo & Alfonso E. 3 & 29

Euclides geometer quo tempore fuerit. enunctia. 3
Ecliptica quo in cœlo vera statuenda sit, enunctia. 2
Eridanus siue Padus quibus ex stellis continuetur enunctia. 4
Eclipsis Lunæ Solisue quo die possibilis contingere sit. enun. 22
Eclipsis die cognito horam & minutum vt inueniantur, enun. 24
Eclipsis colorem præsagite. H ii & H iii.
Eusebius quantum erret in eclipsi tradenda, sub qua Darius ab Alexandro victus est. Enun. 29
Eusebii error de Macedonici imperii fine. enunctia. 30
Eusebius in hystoria Niciæ quot annis euariet, in exemplo. enũ. 30
Eclipses inquascunq; libet formas redigere. enunctia. 33

Ferdinandi Romanorum Vngarie & Bohemiæ regis ortus en. 3
Fomahant stella quæ sit. enunctia. 4
Foet' victuri, cur neq; citra 7, neq; vltra 30 mẽsem nascãtur E. 33
Fortunæ partes veluti inueniantur, enunctia. 34
Fortunæ pars quid sit. enunctia. 34
Fortunæ pars & ascendens Lunæ, cur idem. enunctia. 34

Galeni Medici ætas. enunctia. 3
Guidonis Bonati astrologi seculum. enunctia. 3
Georgii Peurbachi mathematici obitus. enunctia. 3
Gentes quomodo tempora sua numeratint enũ. 29

Homerus poëta quo tempore floruerit. enunctia. 3
Hesiodus qua ætate vixerit. enunctia. 3
Hippocrates Cous quo tempore fuerit, enunctia. 3
Helicon Cizicenus Astrologus quando vixit. enunctia. 3
Hipparchus quo seculo claruerit, enunctia. 3
Hadriani Imperatoris regnum. enunctia. 3
Hali Habenrãgel Astrologi seculum. enunctia. 4
Herculis situatio & nomenclatura. enun. 4
Hyades stellæ vbi sint sitæ & vnde dicantur. enunctia. 4
Hydra quem asterismum habeat.
Horam aspectus Lunæ cum planetis qua via quis pernoscat enun. 20
Historiæ quomodo per eclipses emendari possint. enunctia. 29.
Historicorum in annis mundi & conditæ romæ asserendis variatio mira. enunctia. 29
Hippocrates cur quartum & 20 criticos statuerit, enuuctia. 20

Iulii firmici Materni ætum. enunctia. 3
Ioannes de Gmünden mathematicus quando claruit. enuncti. 3
Ioannis Regimontani germani exitus miserabilis. enunctia. 3
Intercalare quid.
Iouis motum accidentiaq; eiusdem quomodo sciantur, enunctia. 8
Iupiter calidus & humidus, enunctia 8
Iupiter fotius vitæ veteribus dictus, enunctia. 8
Iouis aux quantum à ventre sui Draconis distet, enunctia. 8
Iouis locus Rhomæ conditæ æuo quis fuerit. enunctia. 8
Inditionis Romanæ cyclum inuestigare. enunctia. 36
Inditionis romanæ origo. enunctia 36
Inditionis romanæ dignitas & vsus necessitasq;. enunctia 36
Intercalatio quadriennis cur non sufficiat ad veram anni quantitatem obtinendam. enunctia. 37
Interualli cognitio. enunctia. 37
Intercalationis necessitas. enunctia 38
Iudeorum error in celebrando paschate. euunctia 39
Iudeorum superstitio in die paschali eligendo. enunctia. 39
Iudiaci paschatis cognitio tabularis. enunctia. 40
Indicatiuus dies quis sit. enunctia. 40
Intercidens dies quis sit.
Igneam & supremam aëris sphæram non rapi à Luna. In obseruatione tertii Cometæ.

Lvcius Aemilius Paulus quo æuo Perseũ cœpit. enun. 3 & 30
Lunaris annus.
Lõgitudo stellarũ ante & post Christi tpa quomõ sciãtur. E. 4
Lyræ constitutio & appellationes. enunctia. 4
Leonis cor quomodo dicatur enunctia. 4
Lepus quale sydus enunctia. 4
Lupi sydus quale sit. enunctia. 7
Latitudo Saturni quomodo noscatur. enunctia 4
Latitudo stellarum fixarum quo pacto haberi queat. enunctia. 9
Latitudo Iouis quomodo haberi possit. enunctia. 9
Latitudo Iouis vrbis extructę tempore, enunctia. 11
Latitudinem Martis veluti inuenias enunctia. 14
Latitudo Veneris quomodo inueniatur, enunctia. 14
Latitudinis Venereæ causæ ttes. enunctia. 14
Latitudo Veneris conditæ vrbis tempore. enunctia. 14
Latitudinem Mercurii quomodo quis inuestiget. enuuctia. 16
Lunæ motum omni tempore quomodo quis sciat. enunctia. 17
Latitudinem Lunæ quomodo quis reperiat. enunctia. 18
Lunæ cũ Capite vel Cau. draconis sui cõiũctio vt habeat media. E. 23
Liuius quo tempore vixit. enunctia 3
Liuius eclip. S. Galli euenisse tradidit segnius atq; euenit. E. 30
Liuius quomodo intelligendus de hora eclipsis sug. enunctia. 30
Litere dominicalis inuentio. enunctia. 37
Mvltiplicatio Lunæ quomodo quis reperiat. enunctia. 3

Mvltiplicatio Lunæ quomodo quis reperiat. enunctia. 3
Mercurii distantia à Sole, enunctia. 15
Mercurius triplicem latitudinis suę causam habet, enunctia, 16
Mercurii epiciclus in qua latitudine sit. enunctia, 16
Mercurii latitudo fundatæ vrbis seculo. enunctia, 16
Mora media eclipsis Lunaris quomodo inueniatur. enunctia 28
Metus Niciæ ob eclipsis visam. Exemplo enunctia. 30
Mensium græcorum latinorumq; collatio, in exemplo enun. 30
Moram infantis in vtero reperire, enunctia. 33
Mora infantis in vtero triplex. enunctia. 33
Moræ inquirendæ ratio communis quæ sit. enunctia. 33
Moræ indagandæ modus à communi diuersus; enun. 33
Meteoroscopium quid sit. enunctia, 3 partis secundæ.

Noë diluuium quo seculo fuerit. enunctia. 3
Nabochodonosoris regnum quando cæperit, enunctia. 3
Notius piscis quibus stellis constat. enunctia. 4
Nicias ducis Athenienſis exemplum. enunctia. 30
Natiuitatis horoscopus qualis sit secundum Ptolomeum & Hermetem. enunctia. 33

Orionis clarissimi syderis constitutio. enunctia. 4
Oppositio quid sit & vnde dicatur enunctia 19
Oppressus planeta quis sit. enunctia 23
Obsessus planeta quis sit. enunctia. 23

Plato philosopus quando vixerit. enunctia. 3
Philippi Alexandri patris obitus. euunctia. 3
Proclus astrologus quando claruerit enunctia. 3
Plinii secundi mors. enunctia. 3
Ptolemei mathematici alexandrini seculum. enunctia. 3
Perſei sydus. enunctia. 4
Pegasi astra sint & quomodo vocentur. enunctia. 4
Polo inclinantes stellæ ortum suum priorem occasu perãgant. enũ. 4
Pleiades vnde dictæ & quot numero sunt. enuncia. 4
Præsepe stella quæ sit, enunctia. 4
Prottigetes siue anteuindemiator stella virgis alã dextrã occupat E. 4
Piscis notius quibus stellis constet. enunctia. 4
Puncta ecliptica quomodo per instrumentum reperiantur. enun. 28
Perseus iuxta Eusebium quando regnauerit, & quando victus sit à Lucio Paulo Romano consule. enunctia, 30
Perſei captiuitatem quam eclipsis designet. enunctia, 30
Plutarchi interpres arguitur träſlatiõis iniquioris, in exem. E. 30
Ptolemæi sententia de horoscopo nati inueniendo. enunctia, 33
Pars Fortunæ quid sit. enunctia. 34
Pars fortunæ & Lunæ ascendens cur idem. enuncia. 4
Partium loca omnium omnia quomodo eligantur. enunctia. 34
Pascha & reliqua festa mobilia ex cyclo suo veluti haberi queãt. E. 38
Pascha quomodo primitus in primo mense cultum sit. enunctia. 38
Pascha decimaquarta mẽsis primi iuxta Moysen celebrari solait. E. 38
Paschatis colendi tũ primitiuæ, tũ sequentis ecclesię diuersitas. E. 38
Pascha quando celebrandum sit. enunctia. 38
Pascha in Ariete celebrandum, enunctia. 38
Pascha Iudeorum cur errat. enunctia. 38
Pascha vt varietur ratione meridianorum. enunctia. 38
Planetæ quos humores imitentur. enunctia. 40
Planetarum exaltatio & casus. enunctia. 40
Planetæ quos morbos respiciant; enunctia. 40
Planetarum passiones. enunctia. 40

Quot anni ab Adam ad Christum, iuxta Alfonsum, Eusebium, Albimazar & hebreos. enunctia. 3
Quæ sint & quomodo vocentur Pegasi astra enunctia. 4
Quo die possibile sit aspectum aliquem fieri. enunctia. 19
Quartus aspectus quid sit. enunctia. 19
Quomodo astronomiæ incumbenti sedendum sit in studio. enun. 19
Quomõ Cosmographiæ operã daturo sedes instituenda sit. enun. 19
Quare Cosmographus & astronomus sedendo disconueniant. E. 19
Quare Theologus & poëta diuersi diuersa respiciant. enun. 19
Quomodo durnus planetæ motus inueniatur. enunctia. 20
Quomodo eclipsis Lunæ in plano sit formanda, vt partes obscuratæ Lunæ cognosci queant. Enunctia. 27
Quibus nam opus sit ad eclipses præsagiendas. Enunctia. 27
Quid per puncta ecliptica intelligendum. Enunctia. 27
Quare intercalatio Bis sexti Kalendas in Februario fiat. Enunct. 37
Quæ membra, tum signa, tum domos tueantur. Enunctia. 40
Quottuplex meteoroscopii ingressus. Enũ. 3 partis secundæ.
Quomodo Plinius intelligendus sit de occasu Cometæ loquens Ca. 36 secundæ partis.
Quid per Metagitnionem Plutarchi mensem intelligendum sit, in exemplo. Enunctia. 30

Roma quando condita. Enunctia. 3
Radices omnes à fine anni sumuntur nõ à die 24 Decẽ. E. 3
Romanum Kalendarium quomodo Dionisius abbas fundauerit. Enunct. 38
Ratione meridianorum vt Pascha varietur.

Sosigẽes Astronomus quãdo annũ Solis cursui adaptarit. E. 3
Strabo Græographus quando fuerit Enunctia. 3
Sole principium veræ ecliptice tenente æquinoctium vniuerſo orbe fit Enunctia. 2
Serpentarius vbinam in cœlo sit. Enunctia. 4
Septẽtrionales stellæ prius cum Sole oriuntur q̃ occidunt. E. 4
Stellæ quanto longius ab ecliptica distant tanto maturius cum Sole occidunt & serius oriuntur. Enunctia. 4
Septentrionalium stelarum summa quantitas & appellatio. Enũ. 4
Saturni motus vt inueniatur. Enunctia. 6
Saturni passiones & accidentia vt reperias, Enunctia. 6
Saturnus ex colore & effectu deprehensus frigidus & siccus est. E 6
Saturni latitudo ab ecliptica. Enunctia.
Saturni aux quantum à ventre draconis sui absit.
Solis locus quemadmodum inueniatur nullo non tempore
Solis locus qui fuerit abeunte Alexandro Macedonũ rege
Sextilis aspectus quid sit.
Separati planeta quando dicatur.
Solis & Lunæ ☌ ☍ & □ dras medias quomodo gnoscat.
Solis eclipses quomodo cerni oculis inmorix possi
Sol & Luna cur natute parentes crediti sint.
Solaris cycli inuentio.
Solaris annus quot diebus cõstet secundum Iulium
Signa duodecim triplicia.

Troia capta quando sit.
Timocaris astronomus quando floruerit
Theon & Pappus mathematici
Turcarum origo quando cœperit
Trepidationis motus 7000 annorum spacio abs.
Trepidationis motus quomodo fiat.
Tempus supputationi electum cuiuis meridiano ad
Telum astrum vel sagitta qua cœli regione locetur.
Tempus casus in eclipsi Lunari quomodo cognoscatur.
Trianguli constellatio quæ sit. En.
Thuribuli syderis concinnatio. Enunc.
Trinus aspectus quid sit & vnde dicatur, Enunctia. 3
Triangulorum latera quomodo nominentur. E. 3 secũde partis
Triangulorum sphæralium non rectangulorum enodatio Ibidem
Triangulorũ nõ rectangulorum in duos rectãgulos resolutio, Ibidẽ,
Triangulorum sphæralium omnium tam rectangulorum quam rectangulorũ, id est, totius primi mobilis geometrica demõ. Ibidẽ,
Torqueti compositio quomodo fiat, In fine operis,
Torqueti commoditates quæ sint. Ibidem

Victruii architecti ætas. Enunctia. 3
Vitellionis mathematici tempus, Enunct. 3
Vrsæ minoris constitutio & nomenclaturæ; Enunctia 4
Vrsæ maioris nomina & stellarum numerus, Enunctia. 4
Vergiliæ vnde dictæ & quot numero sunt, Enunctia. 4
Veneris locus quomodo inueniatur, Enunctia 13
Veneris appellatio. Enunctia. 13
Veneris aux quomodo cum Sole conueniat. Enunctia. 13
Veneris locus tempore vrbis extructæ. Enunctia. 13
Venetis motus quid participat cum Sole. Enunctia. 13
Veneris distantia maxima à Sole. Enunctia. 13
Venus à Tarutio perperam in Scorpione locata est tempore vrbis conditæ, Enunctia. 13
Veneris epiciclus qua latitudine sit. Enun. 16
Vacuus Planeta quando dicatur. Enunctia. 23
Veræ ☌ & ☍ nis luminarium tempora vt sint inquirenda enũ. 26
Videre alcor, adagium Enunctia. 4

Yed stellæ duæ sinistram manũ serpentarii occupantes, enunctia. 4

Zodiacalium signorum stellæ quot sint & quantæ, ortusq; & occasus earundem qui sit. enunctia. 4

AD LECTOREM.

FIERI nō potest, opti Lector, quin inter eudendū tmendę nōnunq incidant, quas nisi pius lector antea certior cognouerit, anthori non ra ro negligentiæ aut ineruditionis notam inurunt, quapropter eas quę passim in hoc volumine se ingesserunt, formula quadam succinctiori proponere libuit.

Legatur igitur Enunciato Tertio, columna prima, versu vicesimo se ndo, Quoties pro quoties.
m versu 23. Quod notat, lege, quod notat.
Huius itaq; rei exemplum est, pro est lege esto illud.
4, Versu 8, ni fallos, legendum ni fallor.
num cęlestium habet stellas de 4 mag. 44, lege, 474.
ersu. 22 Legendū. deprehēderunt astrologi varietatē.
. Agendis & bellicis, lege, bellicis.
, legendum non temere, pro non tenere.
4, humide, lege, humidæ.
34. Agmentum, lege, Argumentum.
pro æquarum, lege, æquatum.
in exem. Regis, versu 34 simulari pro simmulari.
30 vel dissentio, lege, 30 vel 40 & dissentio.
pro, & Mercurio, scribe, de Mercurio.
a, versu 33, excidisset pro excediset.
si 17, diametri ponendum.
u 5 pro cuiq; pla. legendū, cuicunq; planetarum.
appellit eisdem, lege eidem.
su 15, pro transii, scribe, transigi.
, pro reduco, lege reducto.
, inquire lege, non inquere.
u 54, legendum intuens, pro intucaris.
, 8, procernis. scribe cernes.
iu 68, Lege innuere pro inuenire.
Versu 73 pro illicq; legendum illiq.
Versu penultimo scribe volens pro velens.
Enunct. 18 versu 23 lege monstra pro monstret.
Enunct. 20 versu 1 scribe Aspectuum non Aspuctuum.
Versu 17 lege impendet non inpendet.
Ibidem versu 58 Cosinographiæ legendum.
Ibidem colum. secunda, pro trinus lege trini aspectus.
Enunct. 23 versu 28, Aperius, scribe apertius.
Columna secunda versu 44 pro ardioris lege tardioris.
Enunct. 22 versu 30 lege distribuere, non discribuere.
Versu 25 pro euenient legendum eueniunt.
Versu 39 Luminarum, lege luminarium.
Ibidem in margine, Cautela lege non Contela.
Enunct. 24 versu 37 Pari ratione & examinabis, legengum est, Pari ratione & oppositiones examinabis.
Enunct. 25 versu 2, coniunctionis autē, lege aut, non autem.
Enunct. 26 ver. 35, si argumento, scribe, Argumentum.
Versu 32 pro intelliges scribe scribe intelligas.
Versu Ibidem 40 pro litera lege literam
Versu 46, pro maiori, in limbo &c. scribendū est, maiorii in limbo.
Ibidem pro Ac scribe At.
Ibidem in exemplo ante Christum ab Alexandro abeunte mutuatum, versu 30, pro, Quo exempta. lege. Quæ exempta.
Versu 38 pro pomeridianos, scribe, pomeridianis.
Versu 20, pro postulat. Indicē, lege, pństulat, adducerem. Indicem
H 1 col. 1 versu 4 scribe, vtrum scz nec ne certo fiat.
Ibidem col. 2 ver. 3 Hæc omnium, scribe, Hæc omnia.
H ii col. 1 versu 48 pro Lunæi lege Lunæ.
Ibidem versu 59, pro G andauo lege Gandauo.
H iii col. 1 versu 35 scribe præcellentiore non præcellentioræ.
I iii col. 2 HVIVS ECLIPSIS HANC SVMME IMA. &c.
Ibidem col. 4 versu 3 pro cognoscis lege cognoscitur.
I iiii col. 2 versu 3 lege, obseruationum tempora (quæ post Saluatoris nostri natiuitatem 352 anno ceperant) &c.
Ibidem versu 35 pro tpora lege tempora.
Enunct. 30 versu 38 pro contingit lege contigit.
K ll col. 1 versu 30 pro eclipses quas fusissime descripsi, lege eclipses Solares, oculari &c.
Enunct. 32 versu 30, pro ortus in tertiusq; scribe ort⁹ interitusq;.
Ibidem versu 38, similiter & alius, lege similiter & reliquus.
Linea 25 tabula, sic vt planetarum, lege, tabula, planetarum duoꝝ vel trium vel quotcunq;.
Versu 28 legendum. Annorum numero, Radix &c.
K ii col. 3 versu 2 exprimat. & esset, lege est pro esset.
Versu 4 pro etiam in 24 uem, lege, etiam 24 uem.
Enunct. 33 versu 25, secunda mansio vocata est media, pro media scribe minor.
Versu 28, pro minor dicta, scribe Media dicta.
Versu 34 pro nono mense, vt patet, scribe, nono mense aut postea, vt patet &c. Ibidem

Ibidem versu 43, pro ascendens erat, scribe, ascendens erit.
K iii, col. versu 39 legendum Apotelosmaton non Apotheles.
Ibidem versu 48 lege ambas non ambobus.
Versu 69 pro, quæ 44 Solis, lege, quæ & Solis &c.
Ibidem in limbo, pro futurorum partes lege futurorum partis.
Ibidem col. 4 versu 35 In parte anorum lege, nocte contra, non in nocte contra.
Ibidem Pars hereditatum, pro tacti, lege tam.
In parte pacis lege exercituum.
Enunct. 35 versu 37 pro Quem, lege Quum.
Versu 30 hoc tempore lege, hoc, tempore.
Ibidem literam alphabeticam, lege litera alphabetica cominus reperta, non repertam.
Versu 32 pro Annos lege Annus.
Ibidem præstitutos lege præstitutus.
Enunct. 36 versu 8 pro vsu habita, lege vsu habitus.
Versu 9 pro se umelius lege, seu melius.
Columna 2 huius enunctiati versu 2 pro deputati sunt, legendum deputata sunt.
Versu 30 pro, argentu stipendiis lege, argentum stipendiis.
Versu 33 pro es & ferrum lege, æs & ferrum.
Versu 31 lege pro addo, adde.
Versu 44 quæ restantia lege que restant.
Tabula radicum aurei numeri sic habet.
Tabula auri numeri & Cycli Inditionis, scribe, (NOVALIS.
TABVLA AVREI NVMERI ET CYCLI DECEM.
Enunct. 37 versu 36 pro, ex bisextilibus duobus, lege, & ex bisextilibus duobus.
Versu 26 lege. Intercalatio ista nullibi commodius fieri potest.
Enunct. 38 versu 62 lege, terminus Theophili est, non Thephili.
Ibidem col. 2 versu 32 pro sanctitum lege sancitum.
Linea 29 pro. Quod æquinoctium, lege Quod vero equinoctium.
L iiii col. 3 linea 30 pro vacarunt lege vacarent.
Versu 39 lege. dum fit, non vltima festiuitatis &c.
M ii col. 3 linea 30 legendum, nonnihil.
Versu 33. Obuia sunt, euidentiora &c.
Versu 33 legendum pernitiem. non parnitiem.
Versu 62 lege perambulat, non perambulatē.
Col. 2 versu 40. ab iniquiori aliorum contuitu vel commettio &c. legendum.
Col 4 linea 9, quorum alter, lege, quod eorum.
Versu. 27 pro Aut lege, Vt si in &c.
Linea 35 pro animaduersu lege animaduerso.
Linea 74 pro catens alio, lege carens aliquo.
Versu 3 prologi secundæ partis, lege complectitur.
Ibidem col. 2 versu 33 enun. 3 duplicem aditum, non additum.
Ibidem versu 33 pro cui rei, lege cuius rei.
Versu 38 legendum, arealiq; numero, ingressus arealis dicif &c.
N i col 3 versu 45 lege, trigoni, qui, pro trigan, iqui.
Ibidem versu penultimo lege, litera M, finem D exprimat.
Col 3 linea 2, perq; merito F L, lege, perq; ipsum F L &c.
N ii col. 3 linea 40 lege, quam interim pro quem interim.
Columna 4 versu 2 pro iusmodi lege eiusmodi.
Versu 32 pro forsam lege forsan.
N iii col. 2 in titulo cap. 6 pro alius amplitudine lege alias &c.
Versu 3 huius cap. lege G dicendi, cuius.
Ibidem col. 4 versu 29 pro occidentali lege occidentalis.
N iiii col. 2 linea 23 lege à Sole tractos, non tractus.
Ibidem col. 3 linea 3 pro verè autem, lege, ferè autem.
Litera 6, mane desit, lege mane desiit.
Linea 8, pro propinquor lege propinquior.
Versu vel linea 37 pro possederet lege possideret.
Versu vltimo pro contingunt lege contigerunt.
Col. 4 versu 28 lege, heliace occidit.
O i col. 2 linea 3 pro ab æris lege ob æris.
O ii col. 4 versu 34, pro eodem rectos transuersos, lege, eodem transuersos.
Versu 36, lege tendentem, signorum &c.
Versu 23 pro gingni lege gigni.
O iii col. 3 linea 32, quam alius, lege, quam alios.
Versu 28 paterat lege, par erat.
O iiii versu 4 QVETI MAGO lege QVETI IMAGO.

ASTRONOMICI CAESAREI

PER PETRVM APIANVM

MISNENSEM EXACTISSIME CONCINNATI, INDVCTIONVM, DEMONSTRATIONVM, EXEMPLORVMQVE FIDELISSIME REFERTI.

ENVNCTIATVM PRIMVM.

Tempora sequentibus instrumentis vsui futura, colligere.

ANNORVM DIVERSITATES, quæ multifariæ gentib⁹ sunt, in præsentia, ne lōgior sim, prætermitto. Aliis enim vt Romanis, annus Solaris, cuius principiū Ianuari⁹ est. Aliis, vt Arabib⁹ Lunaris, quē Septēber auspicatur, habetur &c. Huiusmodi autē varietates in vniuersum omnes semel missas facio, anno Solari, quē nobis Sol cursu suo describit, tātumodo intētus. Hic autē quia impari Solis motu designatur (quādo⁹ quidē Sol nō idē pūctū quottannis assequitur, sed quartā partē vnius diei propemodū adiicit) facit, vt quare⁹ quilibet annus integro die superet tres præcedentes, qui quartus propterea vocatur intercalaris, quasi dicas Interpositi⁹, Intercalare enim veteres appellabant, quod nos interponere. Et re ipsa vnus dies interponitur, qui in aliis annis nō est, dicit idē alio nomine Bisextilis. Hunc inquā Rhomanū Solis annū in præsentibus sequar, secundū quē motus cęlestes omnes inuenire docebo. Orsurus eundē à Ianuario, qui est finis ꝑcedentis cuiuslibet anni. Hoc ita intelligas volo, vt à meridie nouissimi diei Decēbris, initiū fiat. Astronomi etenim à meridie in meridiē perpetuò rationes ineunt, sic vt tēpus ante meridiē, ꝑcedenti semper diei annumeretur. Cū autē motus cęlestes ab anno Christi p omnia inuestigē, radicemq; ad eundē annū ponā, Christi scz, nō existimandū est vicesimūquintū diē Decēbris me innuere, tametsi eo Saluator noster natus sit, sed finē eiusdē anni. Astronomi siquidē veteres, sex illos dies, qui sequuntur à 25 in finē vsq; Decēbris, abiecerunt, & radicem potius in vltimū diē eiusdē anni, in quo Christus Orbi æditus est, retulerunt, ibiq; stabiliuerunt. Est aūt finis illius anni, principiū sequentis. Radicē ad diē natiuitatis Dominicæ inquisituro, retro querendū erit, tot dieꝝ spaciū, vt dicetur. Hic tacere nō possum hactenus ferè omnes errore prorsum abominabili deceptos Astronomos, dum per Radicē Christi, stellarꝝ cursus, cōiunctiones, Oppositiones, Aspectusq; reliquos, conati sunt deprachendere, æqua eis cōmunes & bisextiles ratione se ponere nō animaduerterūt, dū ante & post Christū annos, simili ꝑportione diiudicarēt, cū tamē Saluatoris nostri natiuitas non Cōmuni vel Ciuili, sed intercalari anno cōtigerit. Atqui hoc dico cōmonefaciēs eos, qui instrumentis tabulisq; illoꝝ aliquando sunt vsuri, quo id & agant cautius, & tentent prouidentius. In præsenti opere, nihil hoc ingeret dubii. Adhæc cū Astronomos antiquiores religione quadā videā radices suas variē ad regū ducūq; ꝓncipia & interit⁹ fundasse, velūti ad obitū Philippi, & ad regni Nabuchodonozoris initiū. Memini ego pariter aliquot, memorabilium actoꝝ, quale est diluuium illud vniuersale &c. Præterea aliquoꝝ insignioꝝ doctrina & nomine Astronomoꝝ eò, vt si qui forent qui cursus syderales ad eorū tpa, requirerent, in promptu habere possint. ¶ Exēpli gratia. Si nosse quis cupiat q̄ loca stellæ Ouidii tpe, tenuerint, queratin seqnti tabula, qū Ouidius vixerit. Reperiet aūt 19 post Saluatorē anno eū obiisse, ad illum ergo annoꝝ numeꝝ, stellarꝝ motus inquirēdi sint. ¶ Aliud. Audis q̄ Diluuiū ferè biennio præcesserit cōiunctio magna. Hocq; vtrū sit, ambigis. Annos ergo diluuii qui fuerunt, 3302 ante Seruatoris aduēntū scribis, addisq; 2 & habes. 3304 Illū iā annū si examinas per instrumentū, quale infra patet, vtrū in. 3304 anno cōiunctio euenerit mamentū, quale infra patet, vtrū in. 3304 anno cōiunctio euenerit magna nec ne, cōfestim liquebit. ¶ Adhuc aliud. Fertur Lunæ eclipsis fuisse, secūdo anno, post augustissimi Cæsaris CAROLI Quinti natiuitatem, vel proximo anno ante FERDINANDVM, Pārentissimum Romanoꝝ, Vngariæ & Bohemiæ Regem &c. natum, dubitans vero, vtrum ita res habeat. Queret in tabula temporum nostrum Regis FERDINANDI, iuxta illud enim annus post Christum. 1503. offertur. Videnti nunc, an priori, hoc est, secundo post sesquimillesimum Eclipsis Lunæ visa sit, 15 Octobris die fuisse, & tertia vnius horę pars tepomeridiana, reperietur. Eodē modo in consimilibus operabis.

Solaris annus.

Bisextilis & intercalaris idē. Intercalate.

Quando Christus natus.

Operādi modus.

Ciuilis annus.

Quare fallantur Astronomi in computatione motuū ante Christū.

Tempus CAROLI Imperatoris Romani. & FERDINANDI Rom. Bohe. & Vngariæ Regis.

SEQVITVR TABVLA TEMPORVM.

Ab Adam ad Christum secundum Alfonsum ann.	6984 d
A Creatione mundi ad Christum secūdū 70 interp: ann.	
A Mundi exordio ad Christi aduentum, fm Albumazar.	
A principio mundi ad Christum natum, fm Hebreos.	
Diluuium Noę præcessit Christum, annis	3?
Confusio linguarum ante Christum	
Moses in deserto præest genti Iudæorum.	
Moses legislator obiit ante Christum, annis	
Troia capta ante Christum	
Homerus poēta græcus floruit ante Christum	
Hesiodus ante Christum claruit annis	
Daniel & Ezechiel prophetabant ante Christum	
Rhoma condita est ante Christum 33 Italen. Ma?s	
Nabochodonozor regnare cœpit ante Christum, an.	
Mardochæus ante incarnationem agnoscitur, an.	
Thales Milesius eclipsim prædixit, ante Chri,	
Darius primus regnare cœpit ante Christum, an.	
Hippocrates Cous medicus floruit ante Chri. an.	
Nicias dux athenięs ob eclipsis metū opes athe. ai[illegible]rit	
Helicon Cizicenus astrologus vixit tempore Asteri, a[illegible]	
Plato & Aristoteles philosophi claruerunt ante Chri.	
Philippus pater Alexandri obiit ante Chri. an.	32[illegible] d
A morte Alexandri Magni ad Saluatorem anni	33?
Timocāris astronomus conspexit stellas ante Chri.	
Euclides geometer tpe Ptolæmei primi regis Aegypti, ań Chri.	
Aratus poēta græcus & astronomus ante Chri.	224
Archimedes syracusanus geometer præcessit Christum, annis	193
L. Aemilius Paulus. C. Sulpitius Gallus eclipsim fecit. ante chri.	172
Hippatchus Rhodius in Alexandria cōspexerat stellas, ante C.	128
Abrachus stellas in Rhodo contemplatus est, ante Chri.	115
M. T. Cicero & Lucius Tarutius astro: claruerunt, ante Chri.	59
Iulius Cæsar opa Sosigenis astro. annū ad Solis cursum reduxit.	47
Virgilius poēta & Victruuius architectus ante chr. floruerunt	45
Cæsar obiit ante incarnationem Saluatoris anno	38 die 3
Ptolæmei & regnum Aegyptiorum defecerunt, ante Chri,	30
Strabo Geographus antecessit incarnatum Christum	20
✠ IESVS CHRISTVS FILIVS DEI IN BETLEhem Iudæ nascitur, quo anno cœpit Christianorum salus.	
T. Liuius patauinus & Ouidius poēt obierunt, anno post Chri.	19
Marinus Tyrius geographicus scriptor agnoscitur. post Chr.	60
Andromachus Cretēs theorice inuē. & Lucanus po. floruerunt	67
Agrias contemplatus est stellas in Bithinia post partum virginis	94
Proclus Astrologus agnoscitur post Christum, anno	95
Mileus stellarꝝ locaquæfiuit Romæ à Christo nato, annis	99
C. Plinius Secundus periit, dum inuisit Vesuuium montem	112
Hadrianus Imperator post Christum regnare cœpit, annis	120
Galenus medicus Pergamensis sequitur Christum annis	142
C. Ptolemæus plius & mathe. Aegyp. obseruauit stellas Alexan.	150
Diocletiani regnum incœpit ab incarnationis anno 283 die 243	
Iulius Firmicus Maternus & Maiortius Lollianus vixerunt	320
Concilium in Nicea congregaf, in quo Arrius cōdemnatur	320
Theon & Pappus mathematici alexandrini floruerunt	390
Alchmeon medicus & Astrologus claruit anno	400
Mahūmet cum Sergio monacho in Arabia hæresim inchoauit	622
Albumazar ab aliquibus laudat dictus scripsit citer annum	844
Basius, anno humanæ salutis vitam egit vel circiter	849
Turcarum origo post humanam salutem, annis	870
Albategni mathe. in Aracta ci. Syriæ considerauit stellas	880
Campanus philosophus & mathema. claruit an.	1033
Azophi Arabs stellas per imagines descripsit	1003
Auicenna medicus Hispalensis post Christum, anno	1100
Abraham Auenfare Iudæus & Auenzoar agnoscuntur	1145
Hali Haben Ragel astrono. arabs, vixit anno	1202
Alkindus plius, medicus, & astrono. floruit anno	1235
Alphonsus Ro. & Hispaniæ Rex & Astro. post chri. 1253 dieb. 152	
Vitellio mathema. scripsit ingens opus opticæ, anno	1274
Guido Bonatus astro. floruit post humanā salutem	1284
Ioannes de Gmünden mathematicus clarus habetur	1406
Ars impressoria inuenta Maguntiæ per Ioannem Faustum	1452
Georgius Peurbachius germanus mathema. obiit anno.	1462
Blanchinus Ferrariensis mathematicus claruit	1464
Ioan. Regimontanus mathe. germ. Romæ veneno interempt⁹	1467
Carolus Quintus Romanorum Imperator nascitur, anno	1500
Ferdinandus Romanorum Vng. & Bohe. Rex nascitur	1503

ENVNCTIATVM SECVNDVM.

Octauæ, Nonæ, decimæq; sphæræ motus intelligere, Zodiacumq; secundum quem omnia sequentia instrumenta regulantur, vere imaginari.

VLLA ERAT HIC OPVS DEclaratione, Decimæ, Nonæ, & octauæ Sphæræ, cum sit institutum non aliud huius operis, quam docere, quomodo citra vllam speculationem motus cœlestes inuestigentur. Verum, quia interdū controuersia quædam suboriri solet, de principio Eclipticæ, quæ in duodecim signa distribuitur, vtrum in octaua nona vel decima, poni debeat. Præterea, cum crebra, per totum hunc librum, huius lineæ, signorumq; duodecim, mentio fiat, potui, quin statim ab initio, hoc dubii discuterem. Ne septem errantium syderum orbes, adhuc tres superstitum, cui stellæ fixæ insunt, Nonum insuper & Decimus est. Decima sphæra ab ortu in occasum 24 horis singulis diebus discimus. Videmus enim quemadmodū Sol (atq; secū vna violentissime rapit) oriantur & occidāt. Nonum porro per cœli summum agitur, contraria decimæ loquendo, cursum suum in 49000 annorum absolutum medio ecliptica nos imaginabimur, signatam A E M. Arietis initium est A, quod circum intelligat culus, qui in semidiametro nouem gradus complectatur duodecim signa diuidatur, non secus ac alius quidā circulus. Signa in eo notantur numeris à B versus C, quia huius principium caput est, declinans in Septentrionem. Eodem modo circulum paruum describi ex opposito litteræ A, vbi libræ principium statues. In hac inquā Nonæ sphæræ ecliptica 12 signa, si libet, loces, quanquā nullius vsus sunt, præter Arietis exordiū, quod litera A refert. Huic nono orbi octauū subesse intellige, Cui' medio pariter ecliptica quædam occupat, in qua punctum suppones, (quale sequens figura per H litteram exprimit) quod itidē vocabimus initium Arietis, sed octauæ sphæræ. Huius sphæræ mot', nō est alius, nisi qd cū puncto H in minori circulo rotetur, secūdū signorū successum, hoc est, ab ipso B versus C, cursum suum peragit per D & E rursusq; in B 7000 annorum spatio, & ille motus trepidationis vocatur. Sic etiā punctum diametrale H statues, quod libræ principiū appellabis, octauæq; sex sphæræ, æqualiter mobile cū principio libræ nonæ sphæræ.

Motus Trepidationis.

Et quamuis

Et quamuis H punctus dicatur initium Arietis, reliqua tamen Zodiaci signa non sunt subintelligenda. Significetur ergo, quo recte, imagineris notato. Primo Equinoctialem ab vtroq; polo æquidistantem. superficiemq; eiusdem, totam mundi machinam diuidentem. Post hūc superficiem ecliptice octaui orbis, eodem peruenire, videlicet ad Decimum cœlum. Et illic tandem veram ecliptican ostendi. In quo autem loco Equinoctialis cum ecliptica se intersecat, illic principium, Eclipticæ, primusq; Arietis punctus est. Hanc lineam vna cum signis 12 verā dic, secundum enim illam, omnia sequentia instrumenta accipienda venient. Intersectio Zodiaci & æquatoris punctum veri æquinoctii refert, quem similae Sol intrat, Equinoctium vniuersō orbi efficitur. Sciendum tamen est punctum illum non semper eodem in loco sistere, sed subinde hinc illinc in æquatore mutari, sicut in epiciclo quodā, puncto augem mediam designanti vsu venit. Qua ratione æquinoctia perpetuō variantur & anticipant. Tempore enim Christi vernale æquinoctium contigit 24 die Martii, In anno Bisextili, Communi vero 25 die Martii. Veluti nostro æuo communibus annis 13 Martii, Intercalaribus autem 10, si modo tabularum calculis fidem non abrogamus, fieri solet. Quod patiter obseruatio vmbræ radiorum solarium attestatur, quæ simplex & aperta est, & absq; instrumentis omnibus, in qualicunq; superficie, siue horizontali, siue verticali, siue inclinata, siue declinata, experiaris, haberi potest. Equinoctii siquidem tempore, extremitas stili, rectam vmbræ lineam signat perenniter, quæ alias semper obliqua, siue arcuata ab vmbra describitur. Tam facili autem & expedita æquinoctii inuestigatione existente, quis non admiretur quosdam tam ineptiisse, vt cum conarentur rhomanum emaculare Kalendarium, æquinoctium sint ausi in quintum Martii transferre, putātes se emendare, cum diebus quinq; integris imperfectiorem, quam antea esset, redderent. Motum itaq; octauæ sphæræ, æquinoctiiq; puncti, quo verius intelligas exemplo opus est. Quo tempore Cæsares maximi CAROLVS & FERDINANDVS nati sunt, motus octauæ sphæræ medius, nullius signi 13 graduum 1 minuti 40 secundorū ferè fuit. Idem quoq; motus erat principii Arietis Nonæ sphæræ, à Christo genito, vsq; sub decima. Initium vero arietis octauæ sphæræ, à puncto septentrionali B, quod est initium parui circuli vsq; ad litteram H, & ille arcus octaui orbis, Argumentum dicitur. Vnde liquet Cæsarum natiuitate Eclipticam octauæ sphæræ eiusmodi fuisse, quæ mota est per H K F M, Arcus autē ab F in K vsq; medius eiusdē motus, à K vero ad H æquatio, q̄ erat 8 graduum 45 m. prope. Is medius motus æquationi copulatus, 19 gra. 46 mi. 40 secūda facit, id qd̄ vocatur aux cōmunis, totidē em̄ gra. m̄ & secūda stellæ fixæ & auges à Seruatore Christo, in tēpora Cæsarum vsq; promouerunt. Quod si iam lineam fingas produci ex centro mundi per sectionem eclipticæ octauæ, simulq; æquinoctialis, q̄ est punctus F, tum ostēdet linea illa, principium Arietis in decima sphæra, iuxta litteram G, q & punctus est æquinoctii. Et hæc præliabasse hactenus sufficit.

Vbinam ecliptica, secundum quam & astronomorum astrologorum iudicia procedunt, stabilit.

Aequinoctium cur perpetuo varientur.

Aequinoctia per radices stares inuenire.

Motus Decimæ & octauæ sphæræ tempore CAROLI & FERDINANDI.

Principium Arietis decimæ sphæræ.



ENVNCTIATVM TERTIVM.

Radices, quæ in sequentibus instrumentis, ad meridianum Ingolstadiensem, suppositæ sunt, reliquis quoq; regionibus, & mundi partibus accommodare.

CVM TERRA SIT GLObi modo rotunda, fieriq; non possit, ut regiones uniuersæ, eundem simul meridiem habeant, sed hæc maturius, illæ serius. Radices uero omnes sequentes, Ingolstadiensi meridiano respondeant, palam est, horas aliorum locorum, nō esse easdem cum nostris. Fieri enim potest, ut nobis lunæ deliquium appareat hora 10 pomeridiana, aliis uero hora 6 an temeridiana. Iccirco, ut huius nostri laboris, nulla non orbis pars, esse queat particeps, subordinauimus quandam tabulam, in qua regionum, urbium, oppidorumq; nomina describuntur, quibus numeri quoq; nunc horas, nunc minuta, significantes, adiiciuntur, quibus item, ex vno latere A. littera, ex altero M. adiungitur. A notat addē, M. minue, sic, ut quoties reperitur A, iuxta horas uel minuta, significetur easdem horas uel minuta inuenta addi oportere, tempori nouilunii, plenilunii, eclipsis uel alterius cuiusdam aspectus, à te reperti, quoties autem sinistra obtinet A, toties dextra M referre debet. Quod notat, ubi locum aliquem elegeris. in quo ad tempus aliquod certum, scire desyderas planetæ alicuius loci, totidem horas & minuta, penes quæ M scribitur, minuenda, id est, subtrahenda esse à proposito tibi tempore, qualia inter A & M deprehenduntur, & hoc modo hora istius loci uerificata erit, ad præsentem radicem. qua cum, planetarū cursus, inquire, ut infra. Huius itaq; rei exemplum est.

Exemplū CAROLI imperatoris.

¶Imperator noster semper Augustus, CAROLVS Quintus, Gandaui, Flandriæ nascitur, 15 hora 44 m̄ post meridiem. Quære iam Gandauum in tabula regionum, iuxta quod M inuenies, horam nullam, minuta 39 & A. Vbi M hortatur, ut quoties Gandaui coniunctionis, oppositionis, eclipsis, aut alterius aspectus, horā minutaq; per instrumenta indagasti, demas horam 0 minut. 39. Si uero ad natiuitatis horam Imperatoris cupias morū planetæ alicuius nosse, scilicet ad horam 15 minut. 44. tum adde horam 0 minu. 39 Ex quo 16 horæ 23 min. consurgunt, quibus cum planetarum loca inuestiges licet,

Exemplum FERDINANDI Regis.

¶Aliud Exemplum. Rex FERDINANDVS. Oriundus est ex Medina, ciuitate Hispaniæ. Quære in Tabula nomen Medinæ, cui additum uidebis literam M, Horam. 1. m̄ 32, Ab aspectibus aufferendas est 1 Hor. 32 m̄ Sed quia hora 20 m̄ 47 post meridiem, natus est idem Rex FERDINANDVS, ad eam quæsituro, cur tuserrantium, hor 1 mi. 32 sunt addenda, quod facit horas 2 3 mi. 59 cum summa ista planetarum motus, inquiri deinde poterunt.

TABVLA INSIGNIORVM LOCORVM, CIVItatum, & Oppidorum, Europæ, Africæ & Asiæ.

Noīa locorū.	Pro ☌ ☍, eclipsib. & planeta. aspect.	Horæ.	Minuta.	Pro motu planetarū inueniendo.	Ostendit orientalitatem & Occidentem.
		H	M		
Thertos	M	1	24	A	C
Nadar	M	1	21	A	C
Lammon	M	1	39	A	C
Reba	M	1	20	A	C
Lundunum	M	1	15	A	C
Oronium	M	1	25	A	C
Iorg	M	0	56	A	C
Ettenburgum	M	0	47	A	C
Granatum	M	1	30	A	C
Corduba	M	1	29	A	C
Ispalis	M	1	39	A	C
Portugalia	M	1	48	A	C
Lisybona	M	1	47	A	C
Barsalona	M	0	59	A	C
Burges	M	1	27	A	C
Sarragossa	M	1	33	A	C
Valentia	M	1	33	A	C
Toletum	M	1	29	A	C
Medina cā. ✢	M	1	32	A	C
Pampilona	M	1	15	A	C
Compistella	M	1	44	A	C
Rodes	M	0	54	A	C
Nantes	M	1	20	A	C
Turonia Tors	M	0	48	A	C
Amiens	M	1	2	A	C
Bitantium	M	0	30	A	C
Lug dunum	M	0	31	A	C
Vienna Prou.	M	0	33	A	C
Lutecia Parisio.	M	0	36	A	C
Geneuora	M	0	22	A	C

RESIDVVM TABVLAE REGIOMVM & Ciuitatum insigniorum,

Noīa locorū.	Pro ☌ ☍, eclipsib. & planet. aspec.	Horæ.	Minuta.	Pro motu planetarū inueniendo.	Ostendit orientalitatē uel occidē.
		H	M		
Marsilia	M	0	26	A	C
Mons Pessul.	M	0	35	A	C
Narbona	M	0	38	A	C
Tolosa	M	0	44	A	C
Gandauum ✢	M	0	39	A	C
Valentines	M	0	30	A	C
Marteburgum	M	0	54	A	C
Bruxella	M	0	27	A	C
Antuerpia	M	0	36	A	C
Metis	M	0	25	A	C
Treueris	M	0	20	A	C
Crucinacum	M	0	35	A	C
Luzelburgium	M	0	22	A	C
Geldriæ	M	0	23	A	C
Cleue	M	0	24	A	C
Iuliacum	M	0	22	A	C
Aquisgranum	M	0	23	A	C
Constantia	M	0	30	A	C
Basilea	M	0	37	A	C
Spira	M	0	26	A	C
Vurmatia	M	0	33	A	C
Argentina	M	0	36	A	C
Moguntia	M	0	33	A	C
Colonia Agr.	M	0	38	A	C
Dauentria	M	0	23	A	C
Seletstadium	M	0	32	A	C
Vrbs S. Galli	M	0	30	A	C
Lucerna	M	0	13	A	C
Nordlinga	M	0	4	A	C
Vlma	M	0	6	A	C
Augusta	M	0	3	A	C
Tubinga	M	0	9	A	C
Laubinga	M	0	5	A	C
Eslinga	M	0	2	A	C
Badena term.	M	0	15	A	C
Phoreena	M	0	13	A	C
Pretta	M	0	34	A	C
Heydelbergefi	M	0	32	A	C
Amberga	M	0	2	A	C
Nouum forū.	M	0	1	A	C
Ingolstadium	♃	0	0	A	C
Monachū Ba.	A	0	1	M	A
Neoburgum	M	0	1	A	M
Aichstadium	M	0	1	A	M
Landishuta	A	0	1	M	M
Frisingum	A	0	7	M	M
Saltzburgum	A	0	7	M	M
Ratisbona	A	0	4	M	M
Straubinga	A	0	10	M	M
Patauia	A	0	37	M	M
Indeburgum	A	0	36	M	M
Gretza	A	0	20	M	M
Pons ad mu.	A	0	25	M	M
Vienna Aust.	A	0	20	M	M
Noua ciuitas	A	0	13	M	M
Lintza	A	0	2	M	M
Tridentum	A	0	2	M	M
Enipontus	A	0	3	M	M
Brixina	A	0	13	M	M
Gurtia gurg.	A	0	13	M	M
Vilacum	M	0	3	M	A
Nurenberga	M	0	6	A	A
Herbipolis	M	0	3	A	A
Babenberga	A	0	1	M	M
Curia Hoff	A	0	3	M	M
Zuicka	A	0	4	M	M
Lypezigum	A	0	6	M	M
Torga	A	0	3	M	M
Leyfnick	A	0	8	M	M
Misna					
Dresen					
Egra					
Praga					
Gorlicium					
Olmuntza					
Sittauia					
Vratislauia					
Martiburgū					
Erphordia					
Monsterium					
Vuestenberga					
Prunsuiga	M				
Luneburgum	M				
Lubeca	M				
Brandeburgū					
Frācof. ad od.					
Groninga					
Hamburgum					
Rostochium	A				
Stettinum	A	9	20	M	R
Dantiscum	A	0	42	M	R
Colmen	A	0	55	M	R
Riga	A	1	22	M	R
Reualia	A	1	27	M	R
Roshilde	A	0	23	M	R
Copenhagna	A	0	26	M	R
Vpsalia	A	0	44	M	R
Stocholma	A	0	58	M	R
Nodrosia	M	0	5	A	C
Rumefalche	A	1	32	M	R
Parentium	A	0	33	M	R
Ragusia	A	0	37	M	R
Castelnouo	A	0	38	M	R
Vratara	A	0	40	M	R
Belgradum	A	0	50	M	R
Bresburgum	A	0	30	M	R
Buda Ofen	A	0	37	M	R
Varadinum	A	0	51	M	R
Cracouia	A	0	38	M	R
Posnania	A	0	26	M	R
Lipnicza	A	0	43	M	R
Vuischegrad	A	0	45	M	R
Vuilde	A	1	6	M	R
Cholme	A	1	30	M	R
Neapolis	A	0	30	M	R
Capua	A	0	27	M	R
Roma ✢	A	0	36	M	R
Volaterræ	A	0	5	M	R
Florentia	A	0	4	M	R
Bononia	A	0	7	M	R
Ferraria	A	0	3	M	R
Venetiæ	A	0	6	M	R
Padua	A	0	4	M	R
Turinum	M	0	6	A	C
Genua	M	0	13	A	C
Syracusę	A	0	27	M	C
Cornus	M	0	9	A	C
Nebio	M	0	9	A	C
Modona	A	1	6	M	R
Constantinop	A	1	30	M	R
Samotratia ✢	A	1	32	M	R
Hierusalem	A	2	24	M	R
Gangamelis ✢	A	3	32	M	R
Alexand. Aeg	A	1	54	M	R
Temisthan	M	4	48	A	C
Iucatana	M	5	20	A	C
Peru	M	4	0	A	C
Mulocæ inf.	A	103	2	M	R
Calicut	A	5	32	M	R
Taprobana	A	6	38	M	R

Orientalior Occidētalior.

ASTRONOMICVM
ENVNCTIATVM QVARTVM.

Stellarum fixarum longitudines in Zodiaco, earundemque latitudines, id est, ab ecliptica deuiationes, à mundi usq; creatione factas, gradus insuper, minuta, augesq; planetarum ite & post Christi tempora certas, Adhæc quibus stellis fi- quilibet planetę indies appropinquent, quasue vicinia sua nt, indagare.

SECVNDVM NI FALlor, pronunctiatum abunde docuit, Octauæ, Nonæ, Decimæque sphæræ motus. Quocirca in præsenti nihil amplius, quàm ad theoricam attinet, addam. Verum, breuiter & sine ambage, quomodo omnium stellarum fixarum cursus, planetarumq; auges, dicto citius, per instrumentum sequens, deprehendas, aperiam. ¶ Quandoquidem decimus orbis, ab ortu in occasum mouetur, ut dictum est, ecliptica uero uel cele nobis statuatur, nihil vltra de motu huius adiacum illum immobilem seu fixum intelligitur, sed tum per omnia instrumenta, tanquam decimum cos hanc semp posituri sumus. Qualem igitur & nunc ui- consequenter rotulam, quandam uolubilem, cui insit agitum quelibet, suas stellas complectitur, stellarum dso albæ, sex in extremitate acies gerentes, cuiusmo uri, quæq; os canis maioris, possidet, cuius figuæ sint quantitatis primæ, quales nõ plures. 15. astro uerunt. Post has. 45. secunda magnitudine lucent, paulo minores inferioresq; primis, tales sunt septem, vtsam maiorem constituentes, præcipue caudam representantes tres, quæ etiam ad differentiam aliarum, nigræ depinguntur, in sex acumina discretæ, qualem hic vides. ✻ Quanquã uero astronomis in sextam usq; differentiam stellæ descriptæ sint, ego tamen primam & secundam magnitudines saltem indicaui, stellas quoq; nebulosas cum nota huiusmodi. ✻ Reliquarum discrimina, ob instrumenti angustiam, significare non potui, uerũ simpliciter nota quadam. o. expressi. In medio ferè istius rotæ circulus quidam niger cernitur, qui ecliptica m refert, in quo duodecim signa ex ordine describuntur. Iuxta Scorpionem transuersa quædam linea apparet, in. 30 gradus secta, vtrinq; ab ecliptica. 8. continens, qui latitudinem zodiaci demonstrant, Sub finem Eridani, stellamq; nomine Acarnar est, iuxta quã index habetur, cui inest, Y. cõm augẽ notans, per quem noscitur, quot gradus octauæ & nonæ sphæra simul, in tempore aliquo proposito, similiter stellæ fixæ, errantiumq; auges, peragant. Penes stellam Canis maioris alius index est, augem Solis & ♀ significans. Rursus ad nauim indices bini sunt, auges ♂ & ♃ ferentes, Apud Centaurum ☿. Apud Aram ♄ augem deferri vides. Hii indices perpetuò in eadem & æquali ab inuicem distantia manent. Postremo circulus quidam undequaq; in partes diuisus. Ceto uicinus cum indice, cui signum est X, uidetur, qui circulum illum paruum, de quo prius dixi, qui uidelicet principium. ♈. nonæ sphæræ ambit, repræsentat.

Quoniam uero Arietis exordium. 8. sphæræ, huius circuli circumferentiam in. 7000. annis semel circumit, secui hunc quoque circulum in totidem partes, ita ut quælibet sectio. 300. annos notaret. Annotum post Christum numeros, interioti circulo inserui, de 500. in 500. procedendo, ab indice inchoando. Anni autem ante Incarnationem Christi elapsi, exteriori circuli parte scribuntur, per quos octauæ sphæræ trepidatio indagatur. Patribus instrumenti declaratis, eiusdem usum subiungam. ¶ Si uis stellas fixas vnà cum planetarum augibus, ad tempus propositum tibi qualequale, uerificare. eleua rotam iuxta ♈. decimæ sphæræ, ubi gradus quosdam reperies, quorum singuli, 100. annos continent. Si tempus propositum ante Christum sit, numerabis deorsum à ✣ incipiendo versus principium ✕, Si autem post Christum, numerabis à ✣ incipiens sursum, secundum signorum ordinem, finis inuenti numeri, ostendit in zodiaco proxime, quantum nonus orbis sub decimo, in totidem annorum spacio promouerit: cui loco indicem cum X signatum admoue. Post hæc totidem annos in circulo paruo trepidationis ab indice ordiens (uel intus, & hoc: si tẽpus post Christi natiuitatem, uel extra: si tempus ante Christum proponatur) numera, & fini annorum requisitorum filum applica, quod ex centro rotæ pendeat. Quo bene extenso, obserua, quot inter filum & indicem, in zodiaco gradus sint, illi namq; æquationem octaute sphæræ cum nona indicant. Immoto sic filo permanente, duc indicem, Y. qui est aux communis, sub idem, atq; ita rotam inuariatam relinque, ad tempus enim tuum iam uerificata est. Qua sic iacente, filum è centro eius, stellæ, cui cunq; libuerit, super extende, quod in zodiaco gradum, in quo, vel fuerit, uel futura sit, tempore præfinito, demonstrat. Prætetea indices planetarum, docent, gradus & minuta augium, in quibus eo tempore sint uel fuerint. Cuius rei exemplum esto.

CAESAREVM

¶ CAROLVS Quintus Romanorum Imperator, semper Augustus 23. Februarii natus est, 15. hora 44. ♏ pomeridianis, post Christi annum sesquimillesimum. Ad tempus hoccę figuram præsentem cũ suis indicibus, ubi direxi (quamuis dies, horas ♏, in motibus hisce tardioribus, non adeo consideremus) scire uolo, quem locum cœli tenuerit, eo tempore cor leonis. Extendo itaq; filum per stellam, & inuenio eam in longitudine. 22. gradum. 8. ♏ ☊. occupare. Sic agas etiã in reliquis, & uerus motus semper in zodiaco ostendetur. Exemplũ CAROLI imperatoris.

¶ Aliud Exemplum FERDINANDVS Romanorum Boher. & Vngariæ Rex, anno Christi. 1503. in hunc orbem prodiit. 10. Martii 8. hora 47. ♏ ante meridiem. Ad quem, numerum, figura locata, corona septentrionalis stella. 4. ♉ 35. ♏ m. tenere reperitur. Aux ☉. 1. ♉ 32 ♓ ♃. ♄ 13. ♉. 10. ♏ ♐. 24. 23. ♉. 24. ♏ ♍. ♂. 14. ♉ 59. ♏ ☊. ♀ 0. ♉ 26 ♏. m. Auges emendatium temporũ FERDINANDI Regis.

¶ Latitudines autem si requiris, id est, distantias ab ecliptica cuiusq; dem stellę, duc filum per ipsam, & quo in loco ecliptica secatur, illic alterum pedem circini fige, altero extenso in corpus stellæ, illam eãdem circini extensionem deinde examina in scala latitudinis, iuxta caudam Sagittarii delineatam, in qua manifeste cognosces, quanta sit latitudo. Si stella ab ecliptica versus centrum, in septentrionali, si versus limbũ ab ecliptica declinauerit, in meridionali latitudine esse dicetur. Neque uero scitu est iniucundius, cui stellarum fixarum planeta aliquis assistat, eamue obtegat. Qua de re documentum illud habe. FERDINANDI Regis natiuitate Luna primum gradum. 21. ♏ m. tenuit, latitudo eius ab ecliptica. 3 ♉ 24. ♏ Septentrionalis erat. Iã si in scala, quæ poenes caudam Scorpii est, ab ecliptica incipiens, Aram uersus, 3. ♉ 24. ♏ numeres, perq; ea filum trahes, margaritamq; super gradũ & ♏ imponas, filum denicp una cum magarita immobili super. 1. gradum. 23 ☊, ubi Luna secundum longitudinem erat, dirigas, tum margarita inter. 37 & 38 stellas ☊, quæ sunt in uentre ☊ locum demonstrat, quo ☽ tempore natiuitatis regiæ, visa fuit. Propter diuersitatem vero aspectus eius, duas illas stellas in uentre ☊ positas. 37. videlicet, & 38. luna obscurauit seu obtegit.

Operepreciũ facturus es hoc loco, si annorum, qui sunt ante Christum rationem habeas, ad quos stellas fixas & planetarum auges deducere uis, quam rem, ut clarius intelligas, exemplo proponam.

¶ Auges & stellas fixas ad Diluuii tempus inquisiturus, quispiam sit. Primo in tabula temporum Noë Diluuium. 3303. anno. 339. diebus ante Christum euenisse discet, mox à Cruce ✣ inchoans contra signorum successium. 3303. annos, diesq; uerisimili coniectura, qui quodammodo annum efficiunt, quærat, quæsitis indicem X. qui ♑ 11. ♉ 6. ♏ 29, mõstrabit, super imponet. Deinceps uero totidem anni in paruo circulo (qui circulus trepidationis motus octauæ sphæræ nominatur) extimo numero requiret, & per requisita filum dictum, in zodiaco ♑ 11. ♉ 3. ♏ 8, quæ sunt aux communis, indicabit, super quod filum, si denuo ostensorem ♈. posueris, rotam verissime locauetis. Si uero libuerit poteris orbem alio modo quoq; præparare (hoc autem ideo dico, ut uideas in omnibus instrumentis theoricarum, non hac vna uia, sed etiã adhuc altera nos uti posse) Est autem huiusmodi. Principio Diluuii ætatem è tabula scribe, quæ 3303. annorum 339 dierum est. Proximus nunc centenarius, qui est, 3200. assummendus, totq; anni à cruce ✣ incipienti retrorsum numerandi, quibus inuentis index X aptandus, qui mox in Zodiaco 11 ♑ 6. ♉ 29. ♏ ostendit. Post in trepidationis circulo, numero exteriori, ante Christum uidelicet, 3200, quæ tantur. punctumq; notetur, cui B nomen erit. Ab hinc 3303 anni 339. dies. à 3200. annis subtrahantur, remanent. 98. anni. 47. dies. qui. 16. Februarii lucem contingunt. Iam denuo à 3200. annis retro & contra signorum ordinem annos residuos. 98. (diebus ob instrumenti paruitatem neglectis) numera, quib. rursum indicem X adiunge, qui in limbo Zodiaci sig. 11. ♉ 7. ♏ 32. indicabit. Deinceps punctum B rursus in circulo trepidationis, antea iuxta 3200. notatũ, videatur, à quo itegretro. 98. anni summantur (dies enim haberi non possunt) per 98. annum ducatur filum ex centro, quod augem communem, in zodiaco 11 sig. 4 ♉ 8 ♏ refert. Quib. index Y rursũ applicabit, ♀ facto. rotula ad diẽ Diluuii omnino verificata erit, qui fuit. 16. Februarii & dies Iouis, ♀ tempore literæ dominicalis A esse debuit. Aux Solis. 15. ♉ 34. ♏ ♉. Aux. ♄ 27. ♉ 32. ♏ ♎. Aux ☽ 7. ♉ 45. ♏ ☊. Aux ♂ in. 29, ♉ 20. min. ♐. Aux ♀ in. 14 grad. 48. min ♏. Quæ auges omnes, cum ostensoribus suis patent. simulac prima communis scilicet aux locum suum verè tenuerit. Stellarum fixarum loca vera, si filum per earum centra, seu medietates extenderis, in Zodiaco videbis. Hoc autem omnino videbatur esse necessarium, cur admonerem. Auges planetarum Diluuii tempore.



SEQVVNTVR NVNC .XXXXVIII.

IMAGINES COELI VNA CVM STELLIS suis interlucentes, quarum numerus est 3022. à peruetustis Astronomis animaduersus, inter has stellas, primæ magnitudinis sunt 15 secundæ 45. tertiæ 208. quartæ 474 quintæ 217 sextæ 49, ne bulosæ quinq, obscuræ nouem.

A IMAGO EST VRSA MINOR.



VRSA MINOR SEPTEM stellis conspicua est, Hæc, quia polo uicina ipsi nomen dat arctico, Nam ἄρκτος ursa est. Prima vrsæ stella quæ ultima caudæ est, polaris uocatur, ideo qa proxima polo sit, à nautis stella maris. Et est magnitudinis tertiæ, sequentes hanc quatuor quartæ, reliquæ duæ secundæ. Hoc astrum dicitur quoq septē trio minor, Arctos, Gynosura, plaustrū minus, phœnice pariter ab inuētoris nomine. Ceruici huius vrsæ imminet quæ informis, quarta magnitudine insignis. Vrsa illa minor nonati nunquam occidit, nec oritur, quapropter missam facio.

Vrsa maior viginti septen stellas continet, quarum septem illustriores plaustrum constituunt, dicitur Arctos maior, Plaustrum Maius, Hamaxa, græce Helice, Calisto, Maior septentrio. Stellæ tres quæ rotas repræsentant, secundo quantitatis gradu sunt, quarta tertio. Temonem referentium proxima, alioth nomine, secundæ dignitatis est. Extrema autem caudæ Arabibus Benenatz uel Benenaim, quę uero in dorso est dulhe iisdem appellatur. Vltra has insidere videtur ad hunc mediæ caudæ stella minutissima quædam, quam Arabes Alcor, id est, parvum equitem uocant, imbecillioribus non adeo aciebus obuia, unde adagium natum apud Arabes, uidisti alcor, sed non Lunam plenam. Etiam sydus hoc perpetuo nobis apparet. Stellæ insuper octe informes vrsam hanc comitantur.

Adagium. Vidisti alcor, sed non lunam plenam.

Draco. ♋ Draconis imago triginta stellarum est, quarum luminosior caput habet, Babylonijs dicta rasdaben, tertii ordinis, alio nomine serpens, anguis, hesperidum custos nuncupatus. Ille nobis semper manifestus quoq; est. Ex draconis constellatione facit Azophi Arabs quinq; dromedarios duosq; lupos.

Cepheus. ♋ Cepheus nunc uideatur, Babylonio Phicates, Arabi Cheichius, quod est inflāmatus, Flammiger. Incensus sonans, vndecim habens stellas, cum duabus informibus, aliis clarior humerum dextrum possidet. Caldeorum Alderamin, semper à ipsa climati nostro conspicitur. E duabus stellis in dexta manu collocatis facit Azophi duas alas, & ex illis quæ sunt in pede dextro & sinistro, pastorem, canem & oues.

Bootes. ♋ Bootes sequitur, quia bubulus, Arctophilax, id est, vrsæ uel plaustri custos, Arabibus Thegius, quasi dicas plorans aut uociferans dicitur, viginti duas stellas gerens, nostro Hemisphærio celatur totus, præter quatuor sinistræ manus stellæ. Apud hunc stella quædam insignis, informis tamen lucet, quam græci Arcturum, Caldæi Azimech, Ariamech, uel Colanza, vocant. Interdum Arcturus pro Boote usurpatur, & rursus Bootes pro arcturo, qui iuxta Plinium nunquam ferè sine procellosa grandine emergit. Nobis oritur adunguem cum sole 14 die Septembris, cum tñ diu ante in oriente non conspectus fuerit, sed in occasu post Solis descensum, Post vicesimum sextum diem Septembris cernitur in parte orientis & occidentis usq; in 15 Nouembris diem, quo rursus occulatur hæliace, id est, sub solem. In parte occidua ita, ut post solis occasum non amplius uideatur. Sexto Decembris præcise cum sole absconditur, Cognius stella quæ est in humero sinistro Bootis occidit. 14. Ianuarii, & surgit 15 Augusti. Iuxta Azophi sententiam Arcturus significat gladium aut pugionem, Stellarum autē, quā pes dexter obtinet, clauam quandam esse uult, eam quæ sinistrum pedē habet lanceam. Ex aliis autem stellis Bootis similiter eius lancea astruū constituit, sicut ex tribus, quæ sinistræ debentur, tres asellas.

Corona septentrionalis. ♋ Corona sequitur septentrionalis, quam Aziphi Arabs parmā facit, Babylonij Alpheta, Caldæi Malphelcare dicunt, aliās Ariathne nomen habet. Ruffus eandem gnosyam stellam appellat. Hæc nomina tamen tribuantur omnia lucidiori huius syderis stellæ, quæ secundi ordinis est, cui aliæ septem quartæ & quintæ duntaxat dignitatis sint. Idē cum arcturo est in apparentiis 21. Septembris oritur cum Sole, & ideo in parte occidentali cernitur post occasum scilicet Solis. Tertio Nouembris conspitur denuo in oriente. Nec minus in occidente à solis descensu, decembris. 15. occultatur, nec amplius occidentalis apparet, 31 vero eiusdem mensis vna cum sole infra horizontem labitur.

Hercules. ✱ Hercules ntiē consyderandus uenit, alio nomine Engonasis, id est genua flexus uelnixus, ingeniculus, Saltator, aper, Cethea, Algiethi, id est, Incuruatus, stellis 29 constans. Fulgidior est in capite, & Caldæis Rasalgiethi, quod est caput Herculis, nominatur. Stella ista totius constellationis appellationem sortitur, oritur 4 Ianuarii, occidit 23 Octobris.

Lyra. ✱ Lyra se ostendit, aliās Testudo, Lyra orphica, Cheliis, Fidicula, Chaldaicè Asange, Allohare, Albegala, Vultur cadens, quod ultimū quare dicatur non memini equidem me legisse. Conflatur ex decem luminibus, inter quæ vnum primo quantitatis discrimine super pupillam uuegā dictū lucet, Reliquis tertiæ quartæq; differētiæ existētibus. Vuega cum Sole horizontem scandit 7 Octobris, videturq; ante ortum Solarem 19 die Eiusdem mensis 22 Februarii cum eodem obscuratur.

Cygnus. ✱ Cygnus videri gestit, græcis κύκνος καὶ ὄρνις, id est, latinis Olor & Auis, Gallinaq;, 17 stellis micans, quarum tres præ cæteris clarēt. Prima in rostro gallinæ Albyreo uocata, Secunda in extremitate alæ sinistræ, Altyph noie. Tertia uero de secunda magnitudine in cauda, Vropygium Gallinæ. Artioph addigege Arabibus dicta. Nebulosa una stella adhuc est genui dextro imminens, præfulgens autem hęc stella caudæ, de qua dictū est, nobis semper apparet.

Cassiopeia. ✱ Cassiopeam deinceps intuere, Throni, Sellæ, Siliquastri nomen obtinētem, astrum quod pectori ineſt, Ghaldæis Scheder dicitur, Syd' hoc semper conspicuum nobis manet.

Perseus. ✱ Persey Effigies offertur, Chelub Arabicè deferentis caput Medusæ, Algol, Diaboli, Gorgonisue. Constellatio ista tribus figuris concinatur, Imagine Persei, Ensep eiusdem & capite algol. Ensis dicitur Falx Adamanthina, Gladius Falcatus, Incuruus, uel Harpe. Capitis Medusei stellæ quatuor, Gorgonæ nominantur, inter quas vna lucidior est, secūdæ lucis differentia, sicut in Persei latere dextro insignior, eiusdem magnitudinis quæ dam est Alchenib dicta. Nostro paralleloparum de corpore Persei oritur occiditq;. Sed Georgonis astrum oriē nobis cum ☉ 19 Ianuarii, Mox 16 Februarii ante Solem cernitur. 12 Maii post eundem uesperi absconditur.

Auriga. Auriga sydus, quod heniochum graii, latini aurigatorem, agitatorem currus, Capratum custodem, habentem hircum, Capellas uel Hedos. Oleniam capram, Arabes Alhaioth uocant, sequitur. Sinistro aurigæ humero incidet quædam stella primæ differentiæ, quæ septimo climati semper conspicitur, multo magis septentrionalibus. Vniuersa hæc configuratio quatuordecim stellis constat, quarum, quæ dicitur hircus, primam quantitatem obtinet, dexter uero humerus secundam, Hœdi quartam. Sinistrum cubitum possidētes Arabicè Sodatheni stellæ nuncupantur. Horizontem leuissime subeuntes, sicut & dextri humeri stellæ nihil omnino.

Serpentarius. ✱ Serpentarius modo contemplandus venit, alio nomine anguitenens, Aesculapius, Arabicè Alangue, græce ὀφιοῦχος, id est, anguiger Effeminatus, Serpentis lator, eo quod serpente inuolutus circumdatusq; est. Ptolemeus & Alfonsius Serpentario tribuunt stellas 24 tertii, quarti, & quinti luminis, cum tamen non sint adeo insignes, præter duas sinistræ manus, dictas Yed Arabicè 7 & 8 in ordine existentes, quæ tertiam quantitatem referunt, sicut etiam alia eiusdem magnitudinis stella in capite est serpentarii, Rasalangue, quæ 28 die Octobris surgit cum Sole, die præcedenti uero 27 Yed, id est, palma sinistra serpentarii oritur. Eadem 5 die Decembris occidit. Caput autem 6, Ianuarii. Adhæc 6 sunt informes stellæ serpentario uicinæ.

Telum. ✱ Succedit hinc telum siue sagitta, quæ & temon meridianus appellatur, quinq; stellas quarti, quinti, sextique discriminis gerens, 17. Nouembris Cosmicè prodiens. Iterum 3. & 4. Februarii occumbens.

Aquila. ✱ Aquilam mox conspicaberis seu uulturem uolantem astris constitutam 9 formalibus, informibus. 6 Luminosior omnium interspatulas Alkayr nomen habet, secundæq; dignitatis est. 12. Ianuarii in occidente uideri desinit, mox 25. eiusdem mensis Cosmice omnino cadit. Cum illa pariter stella occidit, Antinous nomine, quę caudam aquilæ occupat, 28. autem Nouembris alkayr uidetur, sequenti die ea pars quæ Alkayr præcedit, colli uidelicet aquilini, 13 Decembris apparet rursus hæliace.

Delphini. ✱ Delphin Delphinusue ab his cernitur, decem luminibus tertia, quarta, & sexta magnitudine insignibus, medium horum clarius est, 23 decembris cum Sole emergit 7 uero Ianuarii rursus cum eodem, occidit.

✱ Stellarum globus post hæc ostenditur, vocatus Equus minor vel Equus prior, caput Equi, quem quatuor quidē, sed occulta astra, constituunt, duo quæ insunt ori 16 & 17 Decembris supra finitorē elevātur, 11 Februarii infra eundem labuntur. Alia duo fronti inherentia, 23 Decembris sese tollunt, 7 & 8 Februarii rursum precipitāt.

✱ Nunc Equus secundus chorum suum profert stellarum 20, pariter autem, Equus volans, Equus Aëreus, Pagasus, Equus dimidiatus, Alatus, Arabicè Alpheratz audit. Ille quidem non integre sed Aluotenus conspicitur. Quatuor stellis lucidioribus de secunda magnitudine insignitus. Præsignior vna, ad radicem dextræ alæ, aut dextri humeri, quæ in ordine ponit, vocata alias Yed Apheratz, Marcab, ea 9 Ianuarii surgit, iterum 6 Martii occidit. Quæ finē alæ dextræ efficit, Musicida pegasi alias dicta, oritur 4 Februarii, 19 eiusdē occidit. Vmbilicum equi capitisq; Andromedæ summitatem tenens, Alpheratz nominē equi capitisq; Andromedæ summitatem tenens, Alpheratz nomine oritur 4 Ianuarii, mox primo Aprilis cosmicè occulitur. Quæ autem Equi pectus habet stella, tertia in ordine, Scheat Alpheratz nomine, surgit 14 Decembris, 19 vero Martii occidit. Quatuor iam enumeratæ stellæ quartum sibi vendicant quantitatis gradum.

Andromeda. ✱ Andromedes figura præ oculis versatur, aliter Cathenata mulier appellata, cuius syderis & si 23 stellarum numerus sit, trium tamen ibi potissimum ratio haberi solet, veluti primæ caput obtinētis, cuius paulo ante memini, quæ & Vmbilicus Pegasi dicitur. Secundæ Alhames nuncupatæ, in sinistro pede sitæ, magnitudinis tertiæ, cuius ortus in finē Aprilis infra horizontem it.

Triangulus. ✱ Vltimo triangulus, qui græcè Δελτωτὸν vocatur, se aperit, quatuor stellis consertus, quarum quæ est in vertice huius tertię quantitatis, 13 Februarii assurgit, 22 Aprilis occumbit. Reliquæ tres 7 & 8 die Februarii videntur. Quarta vero Maii obscurantur.

Hæc de stellis quæ 28 Imaginib. Septentrionalibus inseruntur. Numer hæc 360 est, Inter quas primę magnitudinis tres, Sextæ 10. Tertię 32, Quartę 177, Quintæ 58, Sextę 33, Nebulosa vna, obscurę 9.

Sequūtur nunc signa 12 Zodiaci circuli p cuius mediū trāsit eclīptica. In Zodiaco obserua circulū ductū per medium eius, cui inuenies insertum iuxta caudam ♏ nomen ECLIPTICA. In illo circulo reperies ex ordine signa Zodiaci scripta, per quæ Sol, Luna, reliquiq; planetæ continuo cursu feruntur, quorum principatum gerit Aries.

Aries. ♈ Aries itaq; primum in ordine sydus 13 stellis cōstatur, tertii, quarti & quinti luminis, quarum quæ in cornu est, tertia quantitate, decimo quinto Martii oritur, 23 Aprilis occidit. Altera quoq; cornu stella eiusdem magnitudinis 12 Martii oritur, 11 Aprilis occidit. Vltima caudæ, quartæ luminositatis, surgit 30 Aprilis, & 26 eiusdem mensis cadit. Subit autem hoc loco mirari illos, qui hanc vltimam caudæ stellam exemplaribus quibusdā decepti, septentrionali supponere audent, cum tamen prius cum ☉ occidat quam oriatur, 26 enim Aprilis occidit, 30 vero eiusdem oritur. Argumentum autem est certissimum atq; adeo infallibile. Quod quæcūq; astra sint latitudine meridionali, prius cum sole occidant, quam cum eodem oriantur, Et quāto longius distēt ab Ecliptica, tanto matutius cum Sole occidant, & serius oriantur, Quæcunque vero polum versus arcticum inclinant, ortum suum prius cum occasu peragant, & tanto citatiorem ortum, segniorem vero occasum, quanto remotiora ab ecliptica fuerint.

Taurus. ♉ Taurus sequens 33 stellas complectitur, extra formā 11 adhuc habens. In huius dorso apparet globus quidem stellarum, quæ dicuntur pleiades, à Plisone matre. Atlantides, ab Atlante patre, à latinis Vergiliæ. Vestis institoris, Massa, Gallina, Septistellium, Angli Buttrio, quasi dicas gallinā, pullos fouētem, teutho. Bruthenn. Prima & quarta pleiadum cum ☉ 23 Aprilis, Secunda 24 Aprilis die, Tertia 26 eiusdē ortæ, Sexto Maii occidūt. Caput tauri in fronte hyades stellas gestat, à græco verbo ὕειν, quod est pluere, deriuatas, suecule alias, Palilicium & Parilium sydus appellatum. Illarum vna primæ quantitatis, oculo inest, dicta Aldebaran, quę & Martis qualitate participat, 9 autē Maii cum ☉ occidit 24 eiusdem oritur.

Gemini. ♊ Gemini tertii sunt, qui & διόσκουροι vocātur, 18 stellas cōtinentes, quas circum & extra constitutionē septem aliæ existunt. In capitis syncipitestella lucet secundæ differētiæ, apud Chaldeos Anelar, græcis Apollinis astrum nominata, 19 Iunii occidit. Altera quæ caput sequentis gemelli ornat, eiusdem magnitudinis cū priori, & à Chaldeis Abracha leus, à græcis Herculis Astrū dictū, 13 Iulii planè occidit, oriē 23 eiusdem. Earum aūt quæ citra formā sunt, prima Propus, latine Præpes, ♋ tri luminis, ideo dicta est, quod pedē sinistrū gemelli prioris pcedat.

Cancer. ♋ Cācer quartus, γραεσ κεφαλὴ ☉ 9 stellas habet. Quatuor præterea, quę formæ nihil addunt. Prima corporis est nebulosa, animaduersa astrologis, qñ in ascendente aut aliquo positionis circulo cum luminarib' reperiatur, oculotum perniciem portendere. Hæc stella etiam præsepe vel præsepium, Arabibus pesebre, Meelef, græcis Phatne, quod est ple pe, Nepheloides, i. nebulosa, Systropheq; appellatur. Ascendit 13 Iulii, 15 eiusdem descendit. Stella Asini meridionalis, quę est quintain capite cancri, occidit 14 Iulii, emergit 15 eiusdem. Quartæ stellæ in capite cancri nomen est, asino septentrionali.

Leo. ♌ Leoni quinto, stellæ sunt 27, extra staturam corporis octo, vna in formium nebulosa est, splendidior aūt, quæ in pectore consistit, Tuberoni, Cor Leonis, pectus Leonis, Basilica, id est, stella regia, Chaldaicè Calb Eleced, noia accepit. Est autē de natura Iouis pcipue, Martis deinde, prima magnitudine insignis. Sexto Augusti exoritur & eodē die occidit. Altera stella fulget in Leonis ceruice luba dicta, quæ 30 Iulii oritur. Primo autem Septembris occidit. Tertia quoque stella nec lucidiores numeratur, q̄ in dorso magnitudine secunda est. Illa oritur 30 Augusti, Octobris 2 omnino occidit. Quarta pariter est primæ quantitatis stella, caudam Leonis extremam occupans. Saturni colorem, & parum de Mercurio referēs, Chaldaicè Denebalazet, 22 Augusti oritur, quarto q̄ Octobris occidit. Videntur etiā in Leonis caudam, è quibus altera Triches, altera Rosa dicitur. Tertia stella nebulosa est, quæ crines Berenices quoq; dicitur. Tales græci crines vocant. Oritur 9 Augusti, 27 Septem, & 28 Augusti. oritur, 15 Nouembris occidit.

Virgo. ♍ Virginem sextus locus excipit, ornatam stellis 26, Ipræ cæteris clarēt, scilicet Spica & protrigetes. id est, tor, Spica est de prima luminis quantitate, quam vi. gefert, hāc Arabes, Chaldaici aut Sarracenī Azimech, mis, Alazel, Græcis, Stachis, vel; latini vindemiatrix dicunt, Ea latitudinem habet meridionalem ab ecl. p dit priusquam oritur. Ortus sit 23 Septembris. Protrigetes in dextra virginis ala, dictus, quasi quia præcedit vindemiatorem, Tertium quantitati octauo die Septembris assurgit, 27 Octobris occi

Libra. ♎ Libræ septimus ordo debetur, cui fugo nomen quentius Chelas appellant, antiquiores enim sed Scorpioni duorum signorum loca assignantes, librā vocamus, ipsi Chelas, id est, brachia Scorpionis, Azubene nuncupant. In hoc signo duæ notantur Lanx meridionalis & septentrionalis. Hæc 22 Octobris eiusdem premitur. Illa 23 Octobris oritur, 13 Nouembris absconditur. Nouem aliæ stellæ inxta id tam informes cōm Scorpius vel Scorpio octauus est, Stellis 23 cōstās, vocat ne Napa, Omnibus stellis duæ præluceat, vna in corde secūdinis ordine nobilitata, vnde & cor Scorpionis nominatur, Chaldæi trab, graiis ἀντάρης, id est stella Martis, stella quoq; rapiūæ inter quibusdam exponitur. Hæc 19 Nouembris oritur, 6 Decembris rum cum Sole succumbit. Secunda consideratur in extremitate Sorpionis, de quarta magnitudine, 25 Octobris occidit, 20 Decembris exurgens, Cum tres informes Scorpioni quoq; assitant, vna tantum obseruatur, quæ nebulosa est, prope spinam, sub sagittarii sagitta, Occasum 30 Octobris, ottum 27 Decembris habens.

Sagittarius. ♐ Sigittarium nono loco, siue Arcitenentem aut Chironem dicas, ita agis, 33 stellarum sydus decoræ, cui nebulosa vna in mazillo est, quæ cum Sole 16 Decembris occidit, 18 eiusdem mensis oritur. Post hāc duæ aliæ secundæ quantitatis, formales ambæ, vna popliteum sinistrum habet, indies vix tribus horis super nostrum horizontem extans, Altera eiusdem pedis vngulum insignit. nobis perpetuō occulta. Stellæ quæ fasciam capitis efficiant, satis alte supra horizontem nostrum tolluntur.

Capricornus. ♑ Capricorni effigies decima est, qui Egocerus, Caper, Arabicè Alectarus, imbriferq; Capricornus appellat. Stellæ huic 28, quarum vna in radice caudæ, tertia magnitudine, reliquas superat, Chaldæi Deneb Algedi vocant, 24 Ianuarii occidit, 31 eiusdem oritur.

Aquarius. ♒ Aquarius signum penultimū stellis 42 cōstruit, Ganimedes, alias Hidrydurus. Stellę tres extra imaginem adduntur. Vas quod sinistra geritur, Amphora & Cotyle dictū, stellas habet duas. Effusio vel aqua perfusa, alio nomine aqua Ganimedis 19 stellas continet, quarū posterema, prima magnitudine paulo luminosior Fomahādt Arabicè. 19 Ianuarii occidit planè. Primo Maii iterum elevatur. Pannus quem leua Aquarii extendit, tribus stellis notatur, harum secunda, tertia laminis dignitate, tertia vero quarta constant.

Pisces. ♓ Piscibus datur nouissimus locus, insignitis 24 stellis. Nō adeo quidem claris, vt quæ tertiam magnitudinem non excedant. græci pisces ἰχθῦς, Arabes Ichiguen vocant. Connectuntur autem hæ cum filo quodam varias appellationes sortito, nunc enim filum, nunc vinculū, nunc linea, nunc linum, nunc alligamentum, nunc cingulum, ꝓcīctum subaudi semper, nomināntur. Nodus etiam in medio fili & colligaturæ, ligamentum, coniunctio, commissura. Syndesmos quoq; dicitur. Ille nodus 29 Martii occidit, 25 Aprilis oritur.

Summa stellarum in toto zodiaco. 348.

Summatim Zodiaci stellę numero 340 reperiunt, primi laminis quinq; Secundi nouē, Tertii 64 Quarti 133 Quinti 105 Sexti 27 Nebulosæ tres. Hactenus Sepe tentionales stellę declarāte sunt, nūc cōsequēter de meridionalibus tractabitur, primumq; à Cete exordiū sumentes.

Cetus. ✱ Cetus 22 stellis compositus multifariam appellatur, Pistris, Pistrix Belua Marina, Leo marinus, Vrsus marinus, & Balena, inter reliquas stellas tres lucidiores habet, quarum non ita magnas, nec multo magiores tertia quantitate. Prima Naris Ceti vocatur, Arabicè Mencar, quæ decimo Aprilis cadit, 16 Maii surgit. Secunda venter Ceti est, Chaldeis Batten Kaytos, occidit 15 Martii. Oritur rursus 14 Maii. Tertia cauda ceti, Arabicè, Deneb Kaytos nomen accipit, cuius occasus 24 Februarii, ortus 4 Maii est.

Orion. ✱ Orion lucet 38 stellarum numero, pleriq; insignibus, asterismus prædarissimus omnium quos cœlum nobis ostendit. cum visu gratissimus, tum cognitu facillimus, præter quam in Maio & Iunio, vbi paulo obscurior, nec multa fui parte cernitur. Huius nomina quoq; multiplicia sunt. Aiadax enim, Sublimatus, Gigas fortissimus, Iugulum insuper veteribus vocabaf. Sinistri pedis stella primo ſydoris gradu Arabicè Algeuze

Algetuze 25 Aprilis occidit. Prima Iulii rursus cũ Sole attolitur. Se quuntur deinde tres stellæ, ferè in vna linea cõprehensæ, de secunda magnitudine, cinguli Orionis efficientes, quas Sancti Iacobi baculũ vulgus appellat. Prima earũ, & polo nostro vicinior, 6 Maii, secũda. 7. verna 8. cadẽ occidunt, 27. autẽ Iunii iterũ prima, 28. secunda 29. ter tia oriuntur. Præterea in sinistro humero stella est secundæ dignitatis, quę dicitur Bellatrix, illa occidit 9 Maii, 19 Iunii oritur. Dexter hume rus orionis Bolalgeuze arabice vocatur, cui primæ magnitudinis stel la inest, ea occidit 18 Maii, oritur 25 Iunij. Præter has, singulariter ob tur ha stella nebulosa capitis, que occidit 11 Maij, & horizontem lit 23 Iunij. Post hac nouẽ adhuc stellę sudarioli, alias corij nuncupatur, quod sinistra manus sustinet, Has, quia saltem doris locum habent, prætereo. Postremo dextra clauam ur. uæ patitur duas stellas continet.

Stellis triginta quatuor concinnata, duabus splendi ræ, altera secundæ claritatis existente, tertia quoq; cõmuni, à principijs Eridani, sinistrumq; Orionis antecæ, quoq; stellis, vltra tertiã dignitatẽ, nihil sibi atur Eridanus alias Padus, Gyon vel Nilus, Ocea aturę Eridani inserta, Angentenar Arabicè dicta, Oritur 15 Iunii, Extima Eridani primũ luminis lo nat nomine, 15 Februarii abscondit, 28 Iulii surgit.

lagy tertiam claritatem non excedentium. Qua culæ vtrinq; binæ, insidentes, 22 Aprilis occi tus emergunt.

anis maior vel Canis secundus, idẽ est, 18 stellas cõple aes 13. Vna omniũ fixarũ stellarũ fulgentissima, Arabicè eabulo satis visitato. Dicitur & Syrius siue Syrion, Asche ni. Huius sub ortũ, Solaris calor augetur multiplicaturq;, cellus quasi vratur, canesq; in rabiem agantur. Nostro climati, ferè 8 Maii. Rursus 26 Iulii cũ Sole ascendit, cũ 32 ferè gra oc est, circa cultũ Sancti Iacobi, quando initiũ pariter est dieę ul. triũ. Illarę autẽ principiũ subinde, iuxta regionũ climatumq; mutatur. Hippocratis sæculo, qui quartũ clima habitauit ann natũ Christũ 400, ferè annis principiũ illud 13 vel 14 Iulii euẽnit. Sub Auicenna, qui idẽ in 4 Climate degit, à Christo 1100. annis quo dammodo, cœpit hoc, 15 vel 16 Iulii. Iã nostra ætas, & septimo Clima ti subiecta, 15 & 16 Iulii experif, quo tẽpore etiã Canicula Cosmicè ele uatur. Apparet primo 9 ferè die Augusti, Post cõtinuò magis ante or tum Solis cõspicua, quę apparẽtia finẽ canicularib⁹ paulatim inducit.

Canis minor. *Procyon, qui Canis minoris nomẽ gerit, duas stellas tantũ præfert. dicitur & Canis primus, & præcanis, quia aliũ in ortu præueniat, Arabibus Asehere, Algomeisa, Ascemie, Hanc Plinius Caniculã esse vult. Nos autẽ veteres sequuti προκύων, id est, Antecanem vel Præcanem vocamus. Incipit hæc 19 Maii Vespertina obscurari 1 die Iunii post verè occidere, 16 tandem Iulii rursus præcise cum Sole eleuatur, 31 Iulii à Sole elongatur, id est, heliacè oritur cernituq; in oriente.

Nauis. *Nauis, Argo, Nauis Iasonis, Argonauis, quibusdam Arca Noẽ, appellatur. Hæc stellas 45 complectitur, Tres eminentiores, quarum vna est quantitatis primæ, in Remo sita, nostro climati semper operta, quocirca, eandem huic cattæ non insertii, Ratione namq; latitudinis, hanc cartham multo capatiorem desyderasset. Vocatur eadem Canobus, ἴσαρος, id est, æquus, Subhel aut Suhel Arabibus. Præter hanc Canobum adhuc Nauis insunt 4 stellæ, quantitatis secundæ.

Hydra. *Hydra, Hydrus aquaticus, Anguis, Magnanimus Anguis à recentioribus vocatus. Componitur ex 25 stellis tertia magnitudine non superioribus, præter vnam, quæ in sec unda claret, & dicitur Alphart Hydræ, id est, lucida Hydræ. Cuius occasus Cosmicus 24. Iunii, ort⁹ 15 Augusti fit. Sunt præterea duæ quoq; informes iuxta sistentes.

Crater. *Crater sequitur (licet aliqui Craterem, Coruum. Hydram vnã imaginem faciũt) qui & Vas & Patẽra dicitur, 7 stellis conficitur, quarta magnitudine omnibus. Prima Hydræ Craterq; communis est, Basis seu fundus vasis dicta. Hæc occidi 5 Iulii, oritur 13 Septembris.

Coruus. *Coruus habet 7 tertio splendoris gradu non maiores, quarum quæ in ala dextra, Arabicè Algorab vocata, tertia est dignitate prædita. Illius occasus cõtingit cũ Sole 4 die Augusti, ort⁹ cũ eodẽ 25 Septẽbris.

Centaurus. *Centaurus 37. stellas possidet. Ex illis sex clarent 5, de secũda quantitate, & vna de prima. Spatula Centauri dextra 26 Iulii se subducit, 7. Nouembris rursus emergit.

Lupus. *Lupus, Fera, Bestiola seu Bestia, θήρ, 19. astris constat, 3 4 & quintæ luminositatis. Sed quoniam nihil hic est notatu dignum, plura dicere supersedeo.

Thuribulum. *Thuribulum frequentori notioriq; vocabulo Aram vel altare appellant, Sacrarium quoq;, Larem, Templum, Puteum & Focum. Illud 7 stellæ constituunt, duæ quinti luminis, reliquæ quarti.

Corona meridionalis. *Corona quoq; meridionalis habetur, quæ & Corona notia, Corona australis, græcis στεφάνη νότιος, id est, paruum cœlum, aliis tota Ixiõnis nominatur. Cuius stellæ, quoniam quartum magnitudinis ordinem non excedunt, supersedeo.

*Piscis notius postremus est, meridianus, austrinus magnus pariter vocatus 13 stellis, quarto & quinto gradu, luminosas gerit. E quibus quæ in dorso est 16 Ianuarii occidit 21 Martii oritur Piscis Notius

Breuiter itaq; stellarum summa est meridianarum 316. prima luminositate insignes septem, Secunda 38. Tertia 63. Quarta 364. Quinta 54. Sexta 9. Nebulosa vna. Numerus vero stellarum omnium octaui orbis ordine nũc enumeratarum tam maiorum quam minorum 1022. Sic ergo tractationem de stellis fixis, absolutam habes.

ENVNCTIATVM QVINTVM.

Dies inter se naturales (causis earundem inæqualitatis intellectis) conferre vel æquare.

QVONIAM DIES NATVrales de meridie in meridiem numerentur, scilicet, à momento Solis meridiani contingentis, in quo meridies est, qđ fit tanto spatio, quãto Aequinoctialis vniuersam terram ambit, & paulo plus, hoc est, tanta portione æquinoctialis respondente zodiaco, in quo Sol mouetur, quanta æquator integre circumuoluitur. Portio autẽ illa æquinoctialis additamentũ nobis vocabitur in posterum, quod quidem additamẽtum, quoniam nõ omni diei æquale est, sequitur necessario easdem dies dissimiles fieri oportere, ita dies quoq; naturales motibus astrorum inueniendis inidoneæ sunt. Duplici autẽ ratione contingit huiusmodi dierũ diuersitas. Vna, quod cũ sol vniformem motum in circulo eccentrico absoluat, in zodiaco non possit, tẽporibus isdem arcus eosdem describere. Altera, quod quantumuis Zodiaci arcus pares, sicut nõ sit, vt dictũ est, à sole indies designarentur, illis tamen propter obliquitatem dissimilitudinémue declinationũ ascensiones æquales vel additamenta æquatoris similia non sint. Iccirco dies naturales, qui ab vno meridie in alterum computantur, sibi in quantitate discuueniunt. Eadem de causa, aspectuum inquisitioni, & planetarum cursibus inueniendis nihil conferunt. Dies autem illæ apparentes quoq; & differentes vocantur. Ad motus ergo syderũ certo inuestigandos opus erat dierum paritate seu mediocritate. Tametsi vero diei naturalis & æqualis discrimẽ videatur quasi nullum, pluribus tamen collectis, sensibilis differentia temporis efficitur, quæ in motibus velocioribꝰ, maxime lunæ & eius aspectibus, non negligenda est. Quo autẽ & secundæ huius theorematis patti satis fiat, instrumẽtũ sequitur, ab hinc aliquot centenis annis seruiẽs. Cuius circumferẽtiæ extima pars, dies anni, intima vero minuta æquationis refert. Principiũ illius iuxta Februarii diẽ primũ, signatũ cum littera, B est, à B autem vtrinq; gradus nigri & albi coloris occurrunt, quorum quilibet decem secunda temporis cõtinet, sextus quilibet gradus cum cifra, minuta temporis notante, signatur, ita vt à B vsq; ad D dextrorsum 10 minuta habeantur. Ab L vsq; ad E singuli gradus 2 secunda indicant, sed à 50 secundis vsq; in E litteram, quælibet diuisio 1 secundum notat. Eadem ratio est ab M vsq; ad E. Præterea numeranti à B sinistrorsum quælibet graduũ pars 30 secunda, cifra cum lineis suis minuta significat, vsq; in O quod 32 minuta complectitur, ab O autem in C vsq; sectio quæuis 30. secunda Similiter ab N vsq; ad C, nisi quod proximus gradus vtrinq; apud C 8 secũda plusquam 32 minuta notet. Sciendum est quoq;, gradus singulos intra litteras F D G vnũ secundum referre, quorum initium D est cum 52 secundis, id est, vltra 13 minuta. Filo enim precise supra D literam cadente, dietum æquatio erit 13 minutorum 52 secundorum. Deinde reliqua secunda vsq; ad 60 id est, 12 minuta iuxta F & G reperies. ¶ Vsus instrumenti eiusmodi est. Si cursus planetarę velociores (tardiores enim non egent) ad certum aliquem diem requiris, quære primo diem quem constituis extimo circulo inscriptum, cui filum à centro propendens applica, simul aduertens minuta & secunda in interiori circulo à filo tacta, quæ tempori tuo subtrahe, tum dies & horæ æquata erunt, cum quibus motus, vt infra audies, inuestigare licebit. In coniunctionibus tamen & aspectibus alia est ratio, vbi enim (vt in sequẽtibus discES) diem, horam minutúmue cuiuspiam aspectus inueneris, aspectus adhuc dicetur diebus non æquatis, quando per tempus inuentum inquirenda sunt primum minuta & secunda æquationis in instrumento, inuenta autem tempori non æquato addenda, & tum aspectus diebus æquatis prodibit. ¶ Exẽplo res patebit. Pone 23 diem Februarii 15 horã 44 minu. natalẽ Imperatoris CAROLI esse, ad quẽ cursus erroneos certò cognoscere vis. Die itaq; quæsito, filoq; huic aptato 2 minuta 50 secunda à filo interiori circuli parte secta, cernuntur. Ista cum subtrahis tempori natiuo proueniunt 23 dies æquati 15 horæ 43 mĩ 4 secũda. ¶ Aliud, Rex FERDINANDVS 30 die Martii, licet anno non eodẽ genitus est, ideo eius æquatio 7 mĩ 30 secunda erit. Illam demes à tempore natiuitatis scilicet horis 20 minuta 47, supererunt 20 horæ 39 minuta 30 secunda, Et hoc dicetur tempus æquatũ regis Ferdinandi. Quod si eodem Natiuitatis die coniunctio vel aspectus eueniisset, ad certam aliquam horam & minutũ, his iam addenda forent 7 minuta 30 secunda. Et sic tempus illius coniunctionis vel aspectus tempus diebus æquatis dici possit.

Diuersitas dierum naturalium causæ.

Die differentes & æquatæ.

Instrumenti vsus

Aequatio temporis, prout tu planetarũ subtrahẽda Aequatio addenda, in coniunctionib⁹ aspectibus.

Exemplum CAROLI

Exemplum FERDINANDI



ENVNCTIATVM SEXTVM.

Motum Saturni ante & post Christi aduentum, sine ulla, & mora & Calculo, accidentia insuper & passiones eiusdem, inuenire.

POSTEAQVAM DECIma nona & octaua sphæra, stellisq; fixis abunde nobis & distincte dictum est, in posterum quoq; ne ordinem turbemus, operam dabimus. Saturni itaq; planetarum supremi & primi, orbem, ut cuius superficies conuexa ab octaui cœli concaua tangatur, paucis absoluemus, Cui orbis ille Septimus vnum dũtaxat astrũ tegat, à peruetustis Astronomis, non sine, nec indiligenter obseruatus, talis, qualis in sequenti instrumento tradetur est motus. Temperamentum uero illius planetæ iudicatum est frigidum & siccũ, intemperiei ns, nempe Melancholicæ. Præterea cum horarum binæ domum exili unam perpetuò constituticæ uel inæquales nominate) iuxta influentias sub octaua sphæra repertorum uariari deprehendem illam temporum & effectuum considerantes, cui Saturnus, ueluti primus & summus errantium, dominuenerunt. Illam autem diem, Sabbati nobis appellatam esse, qua Saturnus primus post Solis ortum precipue operatio iam in hæc inferiora transfunderet, exercereq;. Diuidetes post noctem & diem in 24 partes inæquales (ueluti uberius ex nostro nisphærio discs) cuilibet diuisioni, id est, horæ, suum planetam, à supremo ad infimum descendendo, assignarunt, ita, ut quælibet dies appellationem suam à planeta primam diei horam, post Solem ortum tenente, sumeret. Quoniam uero ueterum astrologorum nemo nõ, Saturnali astro tributit, solitudines, imaginatiões altissimas, profundissimasq; speculationes, ingenii acumen solidissimum, adeo ut mens etiam uocaretur, quasi eminens & diuina contemplans. Non iniuria Moyses legumlator hanc, cui præesset Saturnus lucem, rebus seuetioribus agendis & bellicis ineptam, sed diuinis potius tractandis idoneam esse iudicauit. Qua ratione eandem Iudæis Sanctificandam uel feriandam, cum dei cultu præcepit. Hunc morem Christiani inuertentes, à Christi Saluatoris & nati & rediuiui diebus, qui ambo Solis dies fuere, festum mutuarunt. Solis iccirco, diem dominicum appellantes, ad discrimen iudaicæ festiuitatis, quæ Saturni die celebratur, honorare non tenere decreuerunt.

¶ Licet aũt alibi, ut in planisphærio nostro cõsummatiora de planetarum dominiis seu regimine, horarum scilicet, quibus præsunt, dominationibus, reperies. Nunc tamen, quia columna subsequens uacatura plane erat quicquam huic loco quoq; inserere super eadem re placuit. Horas igitur, planetarias in presens allatas, ne fastidiat quis, quasi intentum pter insertas, obsecro. Tabellæ insequentis argumentum est tale. Diei cuiushbet horam, quam uocant temporariam, seu diurnam seu nocturnam uis, simulac habueris, eam in præsentis tabulæ linea prima descendens quærendo dispice. Diem insuper in capite tabellæ considera, à q recta linea deorsum pergens, itidem ab hora inuenta recta ateam, quousq; lineam diei attingas, intrans, communem angulũ, qui est diei & horæ quæsitæ contactus, offendis, quo in loco planeta apparet, illius horæ præses uel gubernator, qui & eidem horæ nomen indit.

Exemplũ CAROLI Imperatoris.

¶ Id quod exemplo liquidum fiet, Maiestas Cæsarea Dominica die, id est, Solis, Orbi natus fertur, in nocte, diem Solis sequuta, hora autem post occasum iam (loquendo secundum temporales horas) peracta. Id tempus modo quis planetarum suo gubernarit imperio (planetarum enim gubernaculis iam olim Astronomorum vetustissimi, Elementa eorumq; mixturas uniuersas subesse potentissime demonstrarunt) cognituras. Primo diem dominicum, quem nos Astronomi, Solis esse douerunt, in capite sequentis tabulæ require. Similitet in prima sinistræ partis linea, horam decimam, ea quę 22 ab ortu Solis est, relege. A qua si recta processeris donec lineam diei dominicæ contingeris, illico in cõtactu, qui & angulus communis uocatur, characterem Solis offendes. Proinde nati Cæsaris horam Soli attributam fuisse, in eademq; cũcta hæc inferiora. Solem tum maximè rexisse, uides.

Exemplum FERDINANDI.

¶ Regem quoq; Rhomanorum ter maximum FERDINANDVM, Sexta Feria, quam ueteres diem Veneri tribuerunt, hora autẽ Tertia post Solis ortum natum constat. Huius ergo horæ intellectũ nomen, à quo planetarum appellata sit, illius dominatui subdita, diem Veneris prædictam per tabulæ caput lustras, ab ea inuenta, deorsum recta linea (quam facilioris gratia captus, lineam diei uocabis) pergis. Mox in linea à sinistra manu primũ obuia, horam diei quoq; accipis. Vnde per 3 ream, digressus diei lineam usq; Veneris, scilicet Characterẽ Lunæ, dñiatricis horæ natalis, reperis. Admonuisse hoc loci huius artis studiosos, nõ ab re fuerit, quod uidelicet huiusmodi dominiorum ratio, non in omnibus probetur. Via siquidem in iudiciis, eligendi planetas alia est. Verum hanc ideo formã non nullam penitus facientes, quia ab Antiquis tantopere commendatur, indicare quoq; uoluimus.

TABVLA REGIMINIS PLANETARVM SECVNDVM HORAS TEMPORALES.

HORAE PLANETARum Dici.

Numerus horarum.	Sabbatum siue dies Saturni.	Dominica siue prima feria, quæ dicitur dies Solis.	Secunda feria siue dies Lunæ.	Tertia feria siue dies Martis	Quarta feria dicitur dies Mercurii.	Quinta feria siue dies Iouis.	Sexta feria siue dies Veneris.
Prima	Saturnus	☉	☽	♂	☿	♃	♀
Secunda	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿
Tertia	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽
Quarta	☉	☽	♂	☿	♃	♀	Saturnus
Quinta	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿	♃
Sexta	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂
Septima	☽	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉
Octaua	Saturn.	☉	☽	♂	☿	♃	♀
Nona	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿
Decima	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽
Vndecima	☉	☽	♂	☿	♃	♀	Saturnus
Duodec.	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿	♃

HORAE PLANETARum Noctis.

Prima	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂
Secunda	☽	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉
Tertia	Saturn.	☉	☽	♂	☿	♃	♀
Quarta	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿
Quinta	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽
Sexta	☉	☽	♂	☿	♃	♀	Saturnus
Septima	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿	♃
Octaua	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂
Nona	☽	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉
Decim.	Saturn.	☉	☽	♂	☿	♃	♀
Vndec.	♃	♀	Saturnus	☉	☽	♂	☿
Duodec.	♂	☿	♃	♀	Saturnus	☉	☽

ENVMERATIO PARTIVM INSTRVMENTORVM SEQVENTIVM.

¶ Partes nunc instrumentorum, tres superiores planetas docentium, in genere & una, ut dicitur fidelia, cum inter sese per omnia conueniant, persequemur. Saturni autem motus solummodo tradetur, per quem reliquorum quoq; cursus scies. Primum itaq; in proximè sue cedenti figura Zodiacus quidam fixus seu firmus ostenditur, in decima sc3 sphæra imaginandus. Post hunc rotula uolubilis cum indice, cui inscripta littera M, uoluitur hæc in centro mundi, cuius limbo numeri insunt, lineis quibusdam confuso ordine assignatis, ab ☽ in 300 usq; prodeuntes. Linearum quælibet unum annum notat. Iuxta indicem istius figuræ menses anni duodecim exprimuntur, quorum singuli in 6 gradus sunt secti, gradus quilibet 5 dies continet, præterquam in Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Augusto, Octobre, & Decembre, In quibus ultimus gradus 6 dierum est, in Febuario autem saltem triũ. Et hoc anno Communi, In anno bisextili, alia est ratio, ubi motum alicuius stellæ ad diem statutum habiturus, 24 Februarii diem obseruabit. Si enim dies propositus, 24 Februarii sequitur, addendus adhuc alter est, & deinde motus quærendus, ut si in anno bisextili, motum ♄ cupias ad 25 Februarii, tum non ad 25 sed ad 26. inuestigabis. Aliter: Motum Saturni uis ad 32 Martii, iam pro duodecimo decimum tertium sumes, & ita per totum anni reliquum cursum ages. Hęc rota nihil amplius theoricæ confert, nisi quod per eam medius motus sine calculatione inquiri possit. Hanc sequitur rota altera, idem centrũ sine circulationis habens, indicem uel ostensorem littera P notatum. Duos insuper circulos per G H I K L M. penes oppositum augis signatos, gerit, quilibet eorum, more astronomico, in 300 gradus, id est, 12 Signa diuiditur, Quanquam uero K L M circulus ex deferentis centro ducatur, nihilominus tamen diuisio eiusdem à centro equantis summitur. Circulorum amborum gradus, lineis quibusdam exilibus connectuntur, numeri horum seu ziffræ infra circulum K L M, ab ostensore P oriendo, sinistrorsum describuntur, per illos gradus centrum quæritur, quo cum deinde latitudo inuestigatur. In eadem rotula adhuc signa liliorum duo à deferente occultata habentur, quæ in tersectiones deferentis & Eclipticæ indicant, caput caudaq; draconis dicuntur. Sciaspræterea Saturnum, donec à medio (quod uenter meridionalis dicitur) inter caput & caudam, iuxta augis oppositum, cum Epiciclo suo in deferente usq; ad caput mouetur, meridionalem ascendenten nuncupari. Rursum, Epiciclo unà cum deferente à capite 'draconis ad medium siue uentrem Septentrionalem, iuxta augem promouente, planetam septentrionalem ascendentem dici, quod significant litteræ M A & S A ibidem expræsse. Eodem modo altera medietatis nota, ad caudam usq; draconis, Septentrionalis descendens, altera uero usq; ad meditũ, iuxta augis aduersum, meridionalis descendens appellabitur, quod repræsentant litteræ S D & M D Vltra hæc Tertia rota cum inscriptione DEFERENS SATVRNI, quæ epiciclum gestat, supereſt, in qua Epicicli duo offeruntur, quorum inferior 360 gradus, id est, 12 Signa complectitur. Principium illius Cruce ✣ signatum est, notatq; augem epicicli mediam. Alius est epicicli eius, cui index cum Y est, extremitas huius annos habet, minutis lineolis interstinctos, numeris ab ☽ usq; in 300 citra ordinem adiectis. Deinde uersus centrum Menses, dietim (ut sic loquar) perscribuntur. Postremo omnium, modica & centro uicina circumferentia stella quadam notata cernitur, ueram epicicli Saturnini circulationem exhibẽs. Fila insuper tria, unum è centro mundi A, alterum è centro Aequantis E, Tertium è centro epicicli F, ad huius theoricæ consummationem pertinentia, prominent. Atqui nunc mihi uideor satis superq; instrumenti partes declarasse, admonẽs interim, ut similia de Ioue & Martę intelligantur, qualia de Saturno prodita sunt. Interesse tamen hoc unũ, quod uera circulatio Martis, in extremitate epicicli, cum stella patiet, ut Saturni signata, depingatur.

SEQVITVR VSVS INSTRVMENTI.

Vsus totæ inuentionis.

¶ Vsurus hoc instrumento motumq; Saturni inuestigaturus, principio annum ad quem libet nosse proponat. Ille autem annus, cum sit ante uel post Christum consideretur. Quoniam si posterior est natiuitate dominica, radix erit ad tot centenarios, quot propositus numerus in se continet, quærenda, semper enim in centenos annos radices in præsenti tabula ponuntur. Si uero prior Christo nato est annus, tum radix inquirenda est ad proximum centenarium sequentem post illum annum, ueluti ex sequentibus discs. Radice itaq; ex tabulis adiunctis accepta, totidem signa, gradus & minuta in Zodiaco requirenda sunt ad quorum repertorum finem index infimi orbis, cui littera est M portatur. Ab inde in limbo annum præpositum, annum puta completum & elapsum ultra centesimum numera, per quem filum è centro A hetẽ trahe, cui inuariato sic indicẽ M uni cum fiducie linea subsistue. Rota hoc modo firma permanente, filum ex A centro per ☉ fis quoq; duc (horæ siquidem in motibus adeo tardis, & instrumentum huiusmodi angustiis obseruari nequeunt) rursusq; oste M subtus idem filum repone, & ita prior uel maior tabu ordinata erit, cuius index in Zodiaco medium Saturni principio anetis secundum ordinem signorum accipi Et quamuis motus ille medius nihil omnino per se usum adiuuat, nihilominus tamen, orbis ille hoc pa præparandus seu accomodandus erat.

VSVS SECVNDAE ROTVLAE.

¶ Iam ergo ad secundam tabulam perge, & ostensorem turni aux scriptum intiens, augi saturnæ in Zodiaco per 4 E antea quæsitæ, superpone. Quam sic immotam pariter custod nec uerum motum habueris. Ibi uero considera quotiam gradum culi G H I indicem M contingat, eundem gradum in circulo K. I M quoq; uideto, ubi centrum Saturni medium terminatur, ueluti si index litteram G tangat, tum à linea G transeatur usq; ad K &c. P hac filum centri E extende per punctum illud seu gradum centri, sub quod filum denuo deferentem, unà cum Epicicli centro statue, hoc deferentem firmum tene. Epiciclum deinceps ordina, quod ita fiat, si limas ex secũda tabula, sub titulo argumenti, è regione centenarii inuenti in annis propositis, Signa gradus & minuta, quæ numera in epiciclo inferiori uel minori à cruce ✣ secundum signorum successum, finis illius numeri admoue indicem Y inferioris epicicli. Consequenter in lymbo superioris epicicli tempus propositum quære, cui repertoFilum è centro F impone, indicem uero cum sua fiducie linea subiunge, quo facto diem statutum unà cum hora in Calendario superioris epicicli iuxta rationem examina, examinato iterum filum applica, intra quod ostensorem Y reducito, Vtrumq; sic epicyclum firmum seruans, filum æquantis ex E protrahe per centrum epicicli, inferioremq; epicyclum cum cruce sub idem loca, & ita uniuersam theoricam ad præsens institutum cum rotis absolutam habes. Iam ergo contemplari potes quam altus planeta in epiciclo subsistat, quantum epicyclus à mundi centro in deferenti euariet, quem planeta epicicli locum occuper & huiusmodi.

VERVM LOCVM SATVRNI INVENIRE.

¶ Adhæc si motum Saturni uerum (cuius rei gratia instrumentum præsens factum maxime est) scire cupis, filum ex centro mundi protende per medium partuæ stellæ in uera epicicli circulatione sitæ, quod filum in Zodiaco uerum Saturni locum ad præfinitum diem indicat. Veri loci inquisitio.

CENTRVM SATVRNI VERVM QVO PACTO SIT INVENIENDVM.

¶ Centrum uerum & æquatum filum è centro A per centrum epicicli tractum ostendit in circulo G H I, eo autem opus est ad latitudinem Saturni inueniendam. Signa uerò, gradus & minuta numeranda erunt ab indice P, inchoantibus secundum signorum successionem. Centri Aequationis supputatio.

Quothodo inueniantur & medium & uerum Argumẽta. Planetarum

Argumentum uerum habebis ducendo filum à centro mundi per centrum epicicli, ubi aduertes locum à filo inferioris epicicli tactum, illic enim uera epicicli aux est. Si nunc à puncto augis uerae numeres signa, gradus & ′, secundum ordinem, usq; ad indicem Y. cõsurgit Argumentum uerum Saturni, quo patiter opus est ad latitudinem Saturni indagandam. Quae reliqua sint Saturni accidentia & passiones, nũc non curabimus: Quando Saturnus in summitate sui eccentrici, hoc est, [illegible] eccentrici consistit, tum se ipso minor apparet, tarduscp cursu [illegible] 90 gradus ab auge æquantis siue deferentis utrobiq; di[illegible] quantitatem sui exhibet. Ex aduerso autem augis deferé [illegible] ulgetur, & uelox cursu dicitur. Saturnus etiam uocatur [illegible] tuscp lumine, quando Sol ab eo recedit ad oppositionem [illegible] dentalis diminutuscp lumine, quo ad coniunctio eius cũ [illegible] ntingit. Auctum numero eundem appellamus, quando [illegible] à principio arietis remotior est quam medius motus. [illegible] numero, ubi uerus motus eius medio minor est. Ve[illegible] dici meret, ubi linea ueri mot", uelocior, quã linea [illegible] tur. Diminutus & tardus cursu contraria ratione. [illegible] n ultra 9 gradus elongatur, combustus dicitur. [illegible] scensus & descensus latitudinis obseruãdi sunt, qua [illegible] tur. Sciendum est, Saturnum, Iouem, Martem, in [illegible] bus cum Sole perpetuò iuxta crucem ✣ epicicli, [illegible] a epicicli reperiri, quemcunq; tandem eo tempore [illegible] te locum teneat, Similiter in oppositionib' mediis, [illegible] oppositio augis epicicli Planeta inuenitur, vnde faci[illegible] netam aliquem ex illis tribus, semper in epiciclo ab [illegible] ate, atq; medium motum solis, à medio istius planetae [illegible] m errãtes directi, quoq; retrogradi, & Stationarii appel [illegible] ita accipito, quod si filum ex centro mundi tendas, ita ut à [illegible] ciclum attingat, ille ipse punctus contactus, qui est secundũ [illegible] um ordinem, statio prima dicitur, in quo planeta aliquis existẽs, [illegible] onarius nominatur, sicut ediuerso, punctus contactus, contra suc[illegible] ssum signorum, secunda statio, & planeta in eodem subsistens, statio[illegible] narius similiter uocatur. Inter has stationes, qui uersatur planeta, si superiorem epicicli partem ambit (quoniam ordinatim secundum signa mouetur) directus dicitur. Hactenus igitur quicquid de Saturno dictum est, idem de Ioue & Marte intelligendũ est. ¶ Hæc omnia quo clarius accipiantur, visum est subiicere demonstrationem quandam exemplarem, ueluti imaginem, unde quæ supra sunt rectè dicta, iam certius, & tanquam oculis expolita, cognoscantur.

Exemplũ CAROLI imperatoris.

¶ Maiestatis Cæsareæ ortum, anus à Christo sesquimillesimus, dies 23 Februarii, Hora 15, ′44 pomeridiana sibi uendicat. Cum uero tempus hoc duplici æquatum sit ratione. Prima propter diuersitatem meridianorum, Secunda propter dierum inæqualitatem, consurgit numerus 23 dierum 16 horarum 20 minutorum, quo cum numero motus requirendi iam sunt. Principio itaq;, quia 1500 post Christum numerãtur, querẽdi sunt, sub titulo (radix medii motus Saturni) 1400 anni, 1500 cũ nondum elapsi integre sunt. Ibi aũt reperitur radix in 12 ♉ 38 ′ ♈. eandem in zodiaco numerabis, termino istius ostenso rem M inferioris rotulæ admoue. Deinde in eadem rotula requite annum 99 (quia tot anni ultra 1400 peracti sunt) per illum ductum A, cui immoto sic permanenti, indicem M suppone, 23 postea diem Februarii uide in Kalendario, iuxta M monstratorem (16 horæ & 20 ′ omittantur, ꝓ angustia quippe instrumenti non ita exacte dinoscuntur) dici ergo filum A, adiunge, filoq; extenso indicem M rursus cum fiduciæ linea applica, quo facto, recte satis operatũ est. Quando per indicem M medius Saturni motus in Zodiaco, gradus indelicet 25 ′ 39 ♉ ostendit. Indicem deinde P secundi orbis, 13, gradui 9 minut. suppone, quod est aux Saturni, sicut ex 4 Enunciato doctus es. Et sic utramque rotam rectificaueris. Vides igitur quomodo index M circulum G H I ante G ad signa 5 grad. 32 min. 30 (quod est centrum ♄ medium) contingat. Eundem signorum, graduum & minutorum finem, in linea K L M require, per quæ filum è centro E ducatur, deferenscp; cum centro Epicicli sub illud statuatur, Inferior quoque epiciclus cum cruce ✣ sua, sic ut crux à centro epicicli uersus circumferentiam Zodiaci vergat, & idem epiciclus pariter, signul & deferens, ita ut debent, ordinati erunt.

¶ Post hæc Radix argumenti in tabula argumenti uideatur, penes numerum 1400, ubi signum 0 grad. 5 minut. 56 reperies, totidem signis, gradibus, & minutis superioris epicicli indicem adiunge, annos post hac residuos qui sunt 99 ultra 1400 exactos, in superiori epiciclo inspice, per quos filum F è centro epicli tende, cui tenso Y ostensorem subde. Præterea filum F 23 dieĩ 16 horis 20 minutis (licet instrumẽti arctitudo non satis possit hæc distincte admittere.) applica, cui inuariato indicem Y cum fidei linea iterum submitte, qui in limbo inferioris epicicli signa 9 grad. 15 minut. 49. quod est argumentum medium Saturni, refert. Epicicli autem firmatis sic, theorica omnis eum omnibus pariter rotis absolutissima fuerit. ¶ Verum Saturni cursum discis. Filum è centro A per medium stellæ dirigendo, ubi in Zodiaco 17 gradus 40 minut. ♉ ostenduntur, quæ sunt id quod cupis.

Verus ♄ locus in Zodiaco tẽpore natiuitatis Imperatoris.

¶ Centrum Saturni

TABVLA MEDII MOTVS. SATVRNI.

Centenarii annorum ante & post Christi aduentum.	Radices post Christum.		Radices ante Christum.		
Annus Christi	♈	°	′	♈	°	′
	11	14	5	11	14	5
100	♎	7	33	♑	20	37
200	♈	1	1	♌	27	9
300	♌	24	29	♈	3	41
400	♑	17	56	♎	10	13
500	♊	11	26	♊	16	45
600	♎	4	54	♑	23	16
700	♓	28	22	♏	29	48
800	♌	21	50	♈	6	20
900	♑	15	18	♎	12	52
1000	♊	8	46	♊	19	24
1100	♎	2	14	♑	25	56
1200	♓	25	42	♍	2	28
1300	♌	19	10	♈	0	0
1400	♑	12	36	♎	15	32
1500	♊	6	7	♊	22	4
1600	♎	29	25	♑	28	36
1700	♓	23	3	♍	5	8
1800	♌	16	31	♈	11	19
1900	♑	9	59	♎	18	11
2000	♊	3	27	♊	24	43
2100	♎	26	55	♒	1	15
2200	♓	20	23	♍	7	47
2300	♌	13	51	♈	14	19
2400	♍	7	19	♎	20	51
2500	♊	0	47	♊	27	23
2600	♎	24	16	♒	1	55
2700	♓	17	41	♍	10	26
2800	♌	11	12	♈	16	58
2900	♑	4	40	♎	23	30
3000	♈	28	8	♋	0	2
3100	♎	21	36	♒	6	34
3200	♓	15	4	♍	13	6
3300	♌	8	32	♈	19	38
3400	♍	2	0	♎	26	10
3500	♉	25	28	♋	2	42
3600	♎	18	56	♍	9	14
3700	♓	12	24	♍	15	46
3800	♌	5	52	♈	22	17
3900	♑	29	20	♎	28	49
4000	♈	22	49	♋	5	21
4100	♎	16	17	♒	11	53
4200	♓	9	45	♍	18	25
4300	♌	3	13	♈	24	57
4400	♑	26	41	♑	1	29
4500	♉	20	9	♋	8	1
4600	♎	13	37	♒	14	33
4700	♓	7	6	♍	21	5
4800	♌	0	34	♈	27	36
4900	♑	24	2	♑	4	9
5000	♈	17	30	♋	10	40
5100	♎	10	58	♎	17	12
5200	♓	4	26	♍	23	44
5300	♌	27	54	♈	0	16
5400	♑	21	22	♑	6	48
5500	♎	14	50	♋	13	20
5600	♎	8	18	♒	19	52
5700	♓	1	46	♍	26	24
5800	♋	25	14	♉	2	56
5900	♑	18	42	♑	9	28
6000	♈	12	10	♋	15	59
6100	♎	5	39	♒	22	31
6200	♒	29	7	♍	29	3
6300	♌	22	35	♉	5	35
6400	♑	16	3	♑	12	7
6500	♓	9	31	♋	18	39
6600	♎	2	59	♒	25	11
6700	♒	26	27	♎	1	43
6800	♋	19	55	♉	8	15
6900	♑	13	23	♑	14	47
7000	♈	6	51	♋	24	18

TABVLA MEDII ARGVMENTI. SATVRNI.

Centenarii annorum ante & post Christi aduentum.	Radices post Christum.			Radices ante Christum.		
Annus Christi	♈	°	′	♈	°	′
	6	24	12	6	24	12
100	2	1	28	11	16	56
200	9	8	44	4	9	40
300	4	16	0	9	2	24
400	11	23	16	1	25	8
500	7	00	32	6	17	52
600	2	7	48	11	10	36
700	10	15	4	4	3	20
800	4	22	20	8	28	4
900	11	29	36	1	18	48
1000	7	6	52	6	11	32
1100	2	14	8	11	5	16
1200	9	20	40	1	26	50
1300	4	28	40	8	19	24
1400	0	5	56	1	12	28
1500	7	13	12	6	5	2
1600	2	20	28	10	27	56
1700	9	27	44	3	20	40
1800	5	5	0	8	13	24
1900	0	12	16	1	6	8
2000	7	19	32	5	28	52
2100	2	26	48	0	21	36
2200	10	4	4	5	14	20
2300	5	11	20	10	7	4
2400	0	18	36	1	29	48
2500	7	25	56	7	22	32
2600	3	3	8	0	15	16
2700	10	10	24	5	8	0
2800	5	17	40	10	0	44
2900	0	24	55	0	21	28
3000	8	2	12	5	16	12
3100	3	9	28	10	8	56
3200	10	16	44	3	1	40
3300	5	23	59	7	24	24
3400	1	1	16	0	17	8
3500	8	8	31	5	9	52
3600	3	16	7	10	2	36
3700	10	23	3	2	25	20
3800	6	0	19	7	18	4
3900	1	7	35	0	10	48
4000	8	14	51	5	3	32
4100	3	22	7	9	26	16
4200	10	29	23	2	19	0
4300	6	6	39	7	11	44
4400	1	13	55	0	4	28
4500	8	21	11	4	27	12
4600	3	28	27	9	19	56
4700	11	5	43	2	12	40
4800	6	12	59	7	5	24
4900	1	20	15	11	28	8
5000	8	27	31	4	20	52
5100	4	4	47	9	13	36
5200	11	12	3	2	6	20
5300	6	19	19	6	29	4
5400	1	26	35	0	21	48
5500	9	3	51	4	14	32
5600	4	11	7	9	7	16
5700	11	18	23	2	0	0
5800	6	25	39	6	22	44
5900	2	2	56	11	15	28
6000	9	10	11	4	8	12
6100	4	17	27	9	0	56
6200	11	24	43	1	23	40
6300	7	1	59	6	16	24
6400	2	9	15	0	9	9
6500	9	6	31	4	1	53
6600	4	13	47	8	24	36
6700	11	20	3	1	17	21
6800	7	8	19	6	10	5
6900	2	15	35	11	2	49
7000	9	22	51	3	25	33



Centrum Saturni ♄ 5. ☌ 10 ♒ 29

¶ Centrum Saturni hoc modo. Ex Centro A per centrum Epicicli filum ducatur, quod in circulo G H I. Signa 5 grad. 10 min. 29 scindit, quæ Centrum Saturni uerum & æquatum, ad latitudinem, postea inquirendam necessarium docent.

rgumentatum ♄ 9

¶ Pro argumento uero & æquato habendo filum ut antea centri A per centrum epicicli trahatur, quo in loco autem inferiorem epiciclum intersecet nota, illa enim intersectio aux uera epicicli dicitur, quæ ubi- sit in epiciclo, semper ab ea numera secundum signorum epicicli signa gradus, & minuta usq; ad indicem ♈, & habiturus es rum uerum & æquatum, quale nunc est Signorum 9 gra 12.

turni considerans, Epicyclum uidet meridionalem e. Inuenitur enim epicyclus inter uentrem me- nis. Saturnum quoq; paulo ante stationem directum esse. Occidentalem insuper, quia m ratione diminutum lumine. Diminutũ dii motus linea ueri motus lineã præcedat.

indy- sione manifestius reddere. Regis FER- est sesquimillesimum tertius annus, dies Mar- 47 antemeridiem. Dies uero 9 Hora 20 ♏ uod idem est, celebratur. Quod tempus si cum onferatur, dies erunt 9 Horæ 20 ♏ 39. Si cum rum comparatur, Dies 9. Horæ 23. ♏ 53 pro stimia æquatione motus stellarum aggredi licet. Ra- motus Saturni ante omnia requiro, ad annum 3500 ♏ ♐, cui indicatorem M superpone, filum ad 2. rotæ tendo (duo enim anni sunt elapsi supra 3500) quo uco, posthæc filum per 9 diem 23 horam 56 ♏ prope Mense Martio dirigo, quo denuo M indicem reponens, ro- tam instituto seruientem habeo. Secundi orbis indicem Paugi Saturni, quam enunciatum docuit, grad. 33. minut. 10 ♓ impone, sic & secundam rotam ad usum præsentem paruero. Quo peracto uideo quem gradum index M in circulo G H I teneat, vnde secundum lineam transeo ad circumferentiam, K L M. per punctum ibidem inuentum trahens filum æquantis è centro E, epiciclum cum suo centro, unaq; crucem + inferioris epicicli filo subdens, ita epicicli

Radix arg. meanni 3500 ♑ 8 ☌ 23 ♏ 53. inferiorem rectè pariter locatum habeo. Quibus locatis, radicem Argumenti ad 3500 ex tabula accipio, quæ est Signorum 8 grad. 23 minut. 53, illa quæro in Epiciclo inferiori, indicatoremq; ♈ minoris scz epicicli addo, filum insuper per secundum annum supremi epicicli tendens tanquam iam completum, iterumq; indicem ♈ substituo. Vltimo filum 9 diei 23. hor. 56 minut. applico, indicemq; ♈ eidem iungo. Et perfectissimum ad tempus natiuum FERDINANDI Regis æquatorium conspicio. Ibi nunc an Saturnus, in opposito deferentis & epicicli, an in Statione, an directus, an retrogradus sit spectare licet.

Verus locus ♄ est 28 ☌ 36 ♏ ♏.

¶ Fili E extensio per stellam, in zodiaco 28 grad. 36 ♏ ♐, qui est uerus Saturni locus commonstrat. Si uero per centrum epicicli fit extensio eiusdem fili, tum, Centrum uerum & æquatum planetæ. Signa scz 6 grad. 23 & 56 in circulo G H I. In epiciclo autem maiori, augem ueram ostendit, à qua auge si numeretur usq; ad indicem ♈. Signa 8. grad. 23 ♏ 39 inuenientur, quæ Argumentum uerum & æquatum erũt. Quę duo postrema Centrum videlicet & argumentum æquata latitudinem Saturni postea dabunt.

Operatio ante Christi tempora.

¶ Quod si motum planetæ alicuius ex tribus dictis ante Christi tempora nosse cupias, obserua quot centenarios in proposito completatis. Nam si anni ultra centenarios adiecti pauciores sint centum, addendum eis erit, donec centenarium efficient, nam Radices omnes centenariis solis respondent. Vltima ergo numeri summa in tabula radicum quæratur, cui ex aduerso sub inscriptione (ante Christum) Radix medii motus & argumenti per signa, gradus & minuta ponitur. Subtrahatur deinde tempus oppositum ab illis centum residuumque seruetur.

Obseruatio motus ♄ tempore Diluuii.

¶ Iam index M super radicem ponatur, filumq; A super annorũ residuum, &c. Simili modo in argumento inueniendo agatur. Compẽdiosa huius rei demonstratio sit hæc. Vt si desideres verum Saturni motum tempore Diluuii. Nomen Diluuii primo ex tabula temporali excerpendum erit, quod statim anno 3303 dies 239 secum habet, qui numerus testatur Diluuium tanto natum Christum spatio præcessisse. Ad hoc tempus motũ Saturni adinuenturus, Radicem medii motus ante Christum ad annum 3200 eligat, quæ ostendit grad. 9 minut. 53 ♑. Subducat nunc annos 3303 cum 239 diebus à 3200. annis, resilient 98 anni 34 dies, qui numerus in 27 usq; Maii diem procedit.

¶ Index M radicem scz grad. 9 minut. 53 ♑ teneat. Filum autẽ 98 annum, ostensore rursus sub illud ducto, amplius filum super 27. diem Maii ponatur, indice M denuo sub idem posito. Et sic orbis ille Diluuii temporibus conuenit. M indice medium motum Saturni in Zodiaco, uidelicet grad. 33 minut. 39 ♑ referente. Similiter cum argumento fiat, & uerus Saturni motus habebitur. Consimili modo in aliis quoq; Christi præcedentib. annis operandum esse admonemus.

♄ in ☌ 33 ♏ 39 ♑ tempore Diluuii.

ENVNCTIATVM SEPTIMVM.

¶ Facillima simul & promptissima latitudinis Saturni, id est, distantiæ eius ab ecliptica agnitio.

DEPREHENSVRVS LATITVdinem Saturni per instrumentum sequens partes, membra, diuisionesue eiusdẽ probè cognoscat præhortor. Principio igitur occurrunt dictiones duæ in limbo exteriori, scz CENTRVM SATVRNI per quas significatur Centrum Saturni in hoc exteriori circulo numerari, filumq; desuper aptari oportere, à decimo namq; gradu quarti signi usq; ad 10 gradum decimi signi quærenda sunt signa graduscq; in exteriori circulo. Vbi uero centrum minus est 4 Signis & 10 gradibus, & maius 10 Signis totidẽq; gradib. ex interiori limbo sumi debet. Linea sequiẽ deinde à B usq; C. Centrum uersus secta in 6 Signa sursum, in alia ex deorsum computando, cui in scriptum uides ARGVMENTVM AEQVATVM. Latitudinem itaq; Saturni intellecturus, super lineam B C filum in Centro A fixum dirigat, Margaritam uero argumento æquato applicet, ducatutque filum in lymbo tam diu quoad Signum gradũ, & minutum Centri ueri & æquati planetæ uerè signet, ita unio ueram Saturni latitudinem in arca instrumenti ostendit. In dextra medietate meridionalem, in sinistra septentrionalem, latitudinum alteram S, alteram M prope Eclipticam designat. Quodsi margarita lineam G tangat, latitudo meridionalis unius gradus, Si I duoꝝ, Si L trium est. Rursus si F lineam tum latitudo Septentrionalis 1. grad. Si H duos, si K tres complectitur. Reliquæ lineæ omnes per 5. minuta.

Latitudinis obseruatio.

HOC SI NONDVM SATIS
assequeris. Ecce tibi luciduis exemplar.

¶ In priori Exemplo Imperatorio, Centrum Saturni uerum erat signorum 5 grad. 10 minut. 27. Argumentum uero æquatum Signa 9 G 37 minut. 52. Nunc si iuxta iam tradita latitudinem Saturni inuestiges, unio lineam I incidit, quæ duos gradus ab ecliptica Saturnum eo tempore distasse manifestat meridiem uersus, quod per M literam intelligitur.

Exemplũ CAROLI Imperatoris.

¶ Appellatur etiam meridionalis ascendens, quoniam Vnio insequentibus diebus Eclipticæ, id est, lineæ D. E. incumbit, id quod in lymbo exteriori (in quo centrum ad præsens numeratur) apparet, quando signorum ordo graduumq; Centri æquati Eclipticam uersus, non autem ab illa computatur. Quam primum uero Centrum æquatum signorum 7 fuerit & 33 minut. 32 graduum tum septentrionalis ascendens uocabitur.

EXEMPLVM REGIS FERDINANDI.

¶ Vltra Imperatorium documen regium quoq; accipe. FERDINANDI natiuitate, ut prædictum est, Centrum Saturni Signorum 6 grad. 23 minut. 56 fuit. Argumentum Signorum 8 grad. 23. minut. 39, quærenti iam iuxta præcepta latitudinem Saturni gradus 0 cum minutis 47 meridianis apparet. Hoc est 9 linearum à linia D E uersus G. Quandoquidem uero, filum magis ac magis ecliptica uersus lineam scz D E mouetur, manifestum sit latitudinem subinde minui, eoq; Saturnum meridionalem descendentem dici. Considerato autem diligentius in deferente epicicli loco, inuenitur idem interuentrem meridionalem & caput draconis, quo Circa Saturnus meridionalis quoq; ascendens uocatur, ita uno momtẽo diuersa idem planeta, alterum latitudinis, alterum deferentis nomine dicitur.

Exemplum FERDINANDI.



ASTRONOMICVM
ENVNCTIATVM OCTAVVM.

Verum Iouis cursum, accidentia, passionesq; eiusdem citra computum indagare.



ΔΙΟΥΣ, latinè Iuppiter, naturæ est calidæ & humidæ, humoræ optimo cõgru" tem perie, nempe sanguini, in eo enim uitã positam maxime uidemus, ob quod etiã Iouem ueteres uitæ socium interpretati sunt. Huius motum iam ante in Saturno abunde satis declarauimus. Saturni enim Iouis & Martis cursus nihil differe diximus, uentre tamen, capite, cauda que draconis in præsenti figura, diuersam à priori partitione sortitis, duxi consultum partium earum paucis mesonis per Cæsarea, ut prius fecimus, exempla y præsentis instrumenti rota cum indice M oo numeri insunt, sicut & in epiciclo fit. Inter-sans Iouis, & præcedens Saturni æquatorium, aconis ab auge distet 20 gradibus tantum, & ordinem, qui in Saturno 50 graduum, & contra habitus est. Auges Saturni, Iouis, & Martis, perales perseuerant, propter quod epicicli dum à caput ad caudam, iuxta signorum successionem, mouetur, cie ecliptice septentrionem uersus apparet, à cauda ue ut per augis oppositum rursus gradiens, meridionalis diliquet, quod Epiciclus, donec à uentre septentrionali, qui ge abest ab auge septentrionali, secundum signorum successio ..., usq; ad alium uentrem fertur, descendens, à uentre quidem superi ori usq; ad caudam, septentrionalis descendens, à cauda deinde usque ad uentrem inferiorem, meridionalis descendens, nuncupetur. Ita quo que in altera medietate ascendens uocatur, in latitudine meridionali cõstitutus, meridionalis ascendens, inde usq; ad uentrem aduersum, septẽtrionalis ascendens, dici soler. Instrumenti subsequentis usum duplici pro more documento nunc exequar. Ortum non semel diximus CAROLVM Imperat: Anno 1500, die 23 Februarii, Hor: 15 min. 44 post meridiem, huic numero iam æquato 2 min. 50 secunda demo. Meridiani autem ratione 39 minuta rursus addo. Post quas æquationes, summa 23 dierum, 30 horarum, 20 minutorum redundat, ad quod tempus, motum quærere instituo, hoc pacto. Radicem medii motus Iouis super 1400 annum, cõ quod 1500 nondum est intẽgrè completus, ex tabula adiuncta summo, quæ habe 27 gradus ♎ minutat. 34. Totidem libræ gradibus & minutis in Zodiaco accepeis, indicem M admoueo. Deinde ultra annos 1400 ad natiuitatẽ usq; Cæsaris adhuc 99 annos, quoniam elapsos esse apparẽt, obseruo. Illis in limbo ipsius rotæ quæsitis, filum è centro A superinpono, indicem postea M subtus idem duco. Filũ denuo A per diem Februarii 23 etiam per horas & minuta, iuxta proportionem, extendo, sub quod denuo indicem M loco, quo peracto rotam usui respondentem habeo. Cuius ostensor medium motum Iouis horæ natiuæ conuenientem, signa uidelicet 11 grad. 7 minut. 54 indicat. Rotam post hæc alteram aggredior, cuius indicem P augi Iouis (quæ supra per 4 epũ ctiatum inuenta est) signorum uidelicet 5 grad. 23 minut. 22 applico. Ita quoq; eadem rota uenificata est. Animaduerto nunc gradum & minutum in circulo G H I, ab indice M contactum (qui in alio circulo K L M offenditur) per illum æquantis filum E traho, filoque centrum epicicli una cum auge inferioris epicicli quæ cum cruce signatur, substituo, filo interim ad finem usq; operationis firmo sic retento. Rursus uero tabulam ingredior, & ab anno 1400 recta linea dextrorsum donec columna cum inscriptione RADIX ARGVMENTI IOVIS POST CHRISTVM offertur, pcedo in qua tabula signa 2 grad, 23 minut. 0, reperta, in limb inferioris epicicli iterum requiro. Inuentis, epicicli superioris ☿ ostensorem applico. Residuos pariter annos 99 in limbo eiusdem epicicli numero, per quos filum F duco, unaq; indicem ☿ subiicio. Idem filum per 23 quoq; diem (horis & minutis saltem omissis) dirigo, directo sic filo, indicem ☿ postremo subiũgo, quo facto, orbes omes instituto meo ac commodati sunt. Quod si nunc filum A per stellam in Epiciclo depictam traho, mox in Zodiaco, septem gradus. 23 minut. ♌, qui est uerus locus Iouis, ostenduntur. Centrum æquatum, quod est, Signa ♌ 0 ♍ 32 ♏ 15 (quo ad latitudinem infra utendum erit) filum circulo G H I, extensum per centrum epicicli indicat. Considerandus etiã hic diligenter locus, à filo per cẽtra epicicli ducto, tactus, ille enim aux ueta epicicli dicitur, quoniam remotissimus à centro mundi est, à quo, si signa, gradus, & minuta usq; ad ostensorem ☿ secundũ signa ordinatim numerantur, ♈ 0 ♉ 5 ♏ 33 quæ sunt argumentum uerum, deprehenduntur. Obseruabis autem hoc argumentũ latitudini postmodum inueniendæ necessarium. Leuato nunc deferẽte, oculis statim obuiat epiciclus à cauda draconis uentrem meridianũ uersus pergẽs, ideoq; meridionalis descendens uocatur. Stella epicicli, quæ Iouem repræsentat, in superiori parte epicicli apparet, quare Iupiter directus, & propemodũ

Exemplũ CAROLI Imperatorii.

Verus locus 24 tpe Caroli.

Cẽtrũ æquatũ

TABVLA MEDII MOTVS IOVIS

TABVLA MEDII ARGVME. IOVIS

Centenarii annorum ante & post Christi aduentum. Annus Christi	Radices post Christum. ♈ ♉ ♏	Radices ante Christum. ♈ ♉ ♏	Centenarii annorum ante & post Christi aduentum. Annus Christi	Radices post Christi stum. ♈ ♉ ♏	Radices ante Christum. ♈ ♉ ♏
Christi	♎ 0 12	♎ 0 12	Christi	♈ 7 45	♈ 7 45
100	♐ 6 45	♑ 24 19	100	10 2 16	8 13 54
200	♑ 13 18	♒ 18 6	200	4 26 47	1 18 43
300	♒ 19 11	♓ 11 53	300	11 21 19	6 24 12
400	♓ 25 14	♒ 5 40	400	6 15 50	11 29 41
500	♈ 1 17	♑ 29 27	500	1 10 21	5 5 10
600	♉ 7 10	♓ 23 14	600	8 4 52	10 10 39
700	♎ 14 3	♒ 17 1	700	2 29 23	3 16 8
800	♐ 20 16	♑ 10 48	800	9 23 54	8 21 37
900	♑ 26 29	♒ 4 35	900	4 18 25	1 27 6
1000	♒ 2 42	♉ 28 22	1000	11 12 56	7 2 35
1100	♑ 8 55	♐ 22 9	1100	6 7 27	0 8 4
1200	♐ 15 8	♑ 15 56	1200	1 1 58	5 13 33
1300	♑ 21 21	♒ 9 43	1300	7 26 29	10 19 2
1400	♒ 27 34	♓ 3 30	1400	2 21 0	3 24 31
1500	♓ 3 47	♉ 27 17	1500	9 15 31	8 29 58
1600	♓ 10 0	♉ 21 4	1600	4 10 2	2 5 28
1700	♒ 16 13	♉ 14 51	1700	11 4 33	7 10 57
1800	♑ 22 26	♐ 8 38	1800	5 29 4	0 16 29
1900	♐ 28 40	♑ 2 25	1900	0 23 35	5 21 55
2000	♈ 4 53	♒ 26 12	2000	7 18 7	10 27 24
2100	♎ 11 6	♏ 19 59	2100	2 12 38	4 2 54
2200	♐ 17 19	♑ 13 45	2200	9 7 9	9 8 22
2300	♑ 23 32	♒ 7 32	2300	4 1 40	2 13 51
2400	♎ 29 45	♉ 1 19	2400	10 26 11	7 19 20
2500	♏ 5 58	♎ 25 6	2500	5 20 42	0 24 49
2600	♑ 12 1	♎ 18 53	2600	0 15 13	6 0 18
2700	♈ 18 24	♑ 12 40	2700	7 9 44	11 5 47
2800	♎ 24 37	♏ 6 27	2800	2 4 15	4 11 16
2900	♉ 0 50	♈ 0 14	2900	8 28 46	9 16 45
3000	♎ 7 3	♎ 24 1	3000	3 23 17	2 22 14
3100	♈ 13 16	♑ 17 48	3100	10 17 48	7 27 43
3200	♏ 19 29	♎ 11 35	3200	5 12 19	1 3 12
3300	♑ 25 42	♈ 5 22	3300	0 6 50	6 8 40
3400	♎ 1 55	♈ 29 9	3400	7 1 21	11 14 9
3500	♈ 8 8	♉ 22 56	3500	1 25 52	4 19 38
3600	♉ 14 21	♑ 16 43	3600	8 20 23	9 25 7
3700	♎ 20 34	♎ 10 30	3700	3 14 54	2 0 36
3800	♈ 26 47	♑ 4 17	3800	10 9 26	7 6 5
3900	♏ 2 59	♎ 28 4	3900	4 3 57	1 11 34
4000	♎ 9 12	♉ 21 51	4000	11 28 28	6 17 3
4100	♉ 15 46	♈ 15 38	4100	6 22 59	11 22 32
4200	♈ 21 59	♉ 9 25	4200	1 17 30	4 28 1
4300	♉ 27 52	♎ 3 12	4300	8 12 1	10 3 30
4400	♏ 4 5	♎ 26 59	4400	3 6 32	3 8 59
4500	♑ 10 18	♈ 20 46	4500	10 1 3	8 14 28
4600	♏ 16 31	♎ 14 33	4600	4 25 34	1 19 57
4700	♎ 22 44	♉ 8 20	4700	11 20 5	6 25 26
4800	♑ 28 57	♈ 2 7	4800	6 14 36	0 0 55
4900	♑ 5 10	♎ 25 45	4900	1 9 7	5 6 23
5000	♎ 11 23	♑ 19 41	5000	8 3 38	10 11 52
5100	♏ 17 36	♎ 13 28	5100	2 28 9	3 17 21
5200	♑ 23 49	♈ 7 15	5200	9 22 40	8 22 51
5300	♒ 0 2	♎ 1 2	5300	4 17 11	1 28 20
5400	♈ 6 15	♑ 24 49	5400	11 11 42	7 3 49
5500	♎ 12 28	♈ 18 36	5500	6 6 13	0 9 18
5600	♑ 18 41	♎ 12 23	5600	1 0 45	5 14 46
5700	♎ 24 54	♑ 6 10	5700	7 25 16	10 20 15
5800	♒ 1 7	♑ 29 57	5800	2 19 47	3 25 44
5900	♑ 7 20	♎ 23 44	5900	9 14 18	9 1 13
6000	♒ 13 33	♏ 17 31	6000	4 8 49	2 6 42
6100	♈ 19 46	♑ 11 18	6100	11 3 20	7 12 11
6200	♒ 25 59	♏ 5 5	6200	5 27 51	0 17 40
6300	♏ 2 12	♑ 28 52	6300	0 22 22	5 23 9
6400	♒ 8 26	♐ 22 38	6400	7 16 53	10 28 38
6500	♐ 14 39	♒ 16 25	6500	2 11 24	4 4 7
6600	♑ 20 52	♒ 10 12	6600	9 5 55	9 9 36
6700	♒ 27 5	♏ 3 59	6700	4 0 26	2 15 4
6800	♑ 3 18	♐ 27 46	6800	10 24 57	7 20 33
6900	♑ 9 31	♒ 21 33	6900	5 19 28	0 26 2
7000	♏ 15 43	♏ 15 20	7000	0 13 59	6 1 31



propemodum in auge epicicli est. A deferentis uero opposito parum abest, id quod centrū eius indicat. Centro namq; ☉ obtinente, epi ciclus precise deferentis oppositum tenet. Neq; illud negligendum, q; Solem paulopost, cum planeta iungi contingat, quia Augi epicicli, appropinquet, velut antea quoq; nobis dictū est.

Præcedentem rei demon
strationē non sufficire reor
Proinde regiæ natiuitatis
documētum quoque addo.

¶ Separati contrarium ptioti est planè, Separatio fit quando planetæ à coniunctionibus digrediuntur, velociorq; à tardiore penitus (ita vt non amplius cum radiis suis contingat alium) discedit, id est, separatur vel desluit. Quidam adhuc præcisius examinant, & separari velociorem volunt, postq; vnum dumtaxat minuto à tardo remouetur. Plures adhuc recenseri possint aspectuum, vel passionum differentiæ, sicut, Pulsatio, Luminis translatio &c, ad præsentia autem, quia nihil faciunt, omitto. Legere si libet in promptu est libri Auenzre ca. 7.



ENVNCTIATVM VICESIMVM SECVN.

Omni temporum cursu, tam ante ☧ post Christum, labente, Solis ac Lunæ Coniunctiones, Oppositiones, Quadráſue medias, vnde cognoſcitur, vel in Nouilunio Solis, vel in Plenilunio Lunæ defectus, citra laborem perſpicere.



VM CONSTET SOLEM AC Lunam, precipuos naturæ fontes, potiſſimaſq; rerum, & naſcentium & intereuntium cauſas exiſtere, optimè vero ſuas in naturam, vires, virtutes & effectus, tum demum, cũ minimè præpedíatur tranſfundere, viciſſim cum quid obſtet eiis, impediri, languere, imo & naturam corrumpere, obſtacula illa ſoliciti' conſideranda, non inutiliter iudicauimus. Quapropter ☌, oppoſitioneſq; medias, & eclipſes, quibus res mundi ci[rcu]m alterantur, diligentius hoc loco tractare placuit. [Qu]ę vno inſtrumento comprehendere non licebat, in[de] coactus ſum, partim, vt nihil omnino moleſtè co[n]ſequeretur, partim, vt ſic exactior abſolutiorq; rei exa[ctio] ret. Proinde quatuor illa continuè inſequentia inſtrumẽ[ta] tamus, continua ſerie, velúti connexa. Hora ſiquidem [qua] quem Coniunctionis vel Oppoſitionis habita (quorum [ſcire] habẽs præcipuus eſt, earum rerum ſcꝛ, quæ mundo eue[nire] impoſſibile eſt figuram cœli veram ſtruere, multo minus autẽ [ad]dictum certius, de rebus ſtatuere, quare non temere hoc loci cutio[s]or eſſe volui. Coniunctionem idcirco Solis & Lunæ, aut Lunæ & Capitis Draconis, qui ſcire volet, inſtrumentum præſens conſideret, otibus è quatuor & Calendario quodam compoſitum. Orbi[s] tum primus, qui & infimus eſt, indicem X gerit, cui annos inſcriptos vides, ab vno in 300, confuſè tamen, & ordinem citra inter[ru]ſe ſignatos, cuius vſus exigitur, coniunctionibus oppoſitionibuſq; inquirendis. Secundus cum oſtenſore Z orbis patet, annis ſimiliter ab vno ad 300 præſcriptis, coniunctionibus ☽ & ☊ inueſtigãdis accommodus. Tertiam rotam Y index inſignit, in cuius circunferentia rotulæ eiuſmodi ● nigriuſculæ paſſim vna cum charactere ☌ apparent, Solis & Lunæ coitus ſignantes, quemadmodum integellæ effigies hæ ☉ ☌nes, & cornicula lunulæ ☾, quadras luminarium repreſentant. Quartus orbis oſtenſorem Y amplectitur, Capita, Caudaſq; draconis aliquot, quorum vtendi ratio ſequitur. ¶ Solis Lunæq; cõiunctiones, oppoſitiones ſeu quadras nouiſſe conanti, radix ex tabulꝰ adiuncta ſumenda eſt, radix centenario proximò minori conueniens, hoc modo Leua patte centenarius requiratur ptior anno propoſito, quem iuxta continuò, dies, horæ, minutaq; coniunctionis, in dextra ſcꝛ ſeſe offerent. Eadem vero in Ianuario inſtrumenti veſtigabis, indice X primum ſuper adducto, qui inuariatus ad operationis finem vſq; ſic perdurabit. Exſecũda pariter tabella radicem pro ☌ ☽ & ☊ elige, vbi dies, horæ, minutaq; vicina ſumpta, ptius veluti, & in Ianuario limbi requiſita, cum oſtenſore Z affige. Ambos iam orbes cum cera, aliás non rite fatis permanſuros, firma. Centum autem annos perpetuos rotæ ſic durare poſſint, ſi præter centenarium illum non aliud tempus quiſpiam requirat. Iam in ſuperficie rotulæ X annum propoſitum, cuꝛ centenq; inſpice, per hunc̃ ſtium tende, oſtenſore Y ad Ianuarii diem, 14, vel 15 vel 16 locato, inde videndum opetanti, quę nã ● ☌ tertiæ rotæ filo proxima ſit, eaq; ſub filum ducenda, qua ſub ducta, rotas demum diſpoſitas habuerit ad votum. Quod ſi vſu venìat interim coniunctiones binas pari vtrinq; ſpacio a filo diſtare, tum pro arbitrio agere licebit, & filo ſubſtituere vtramcunq; libuerit, ſine diſcrimine. Memineris tantummodo indicem Y ſemper in Ianuarium, non autem in Februarium vel Decembrem traducendũ, poſt quod filum cuicunq; malueris coniunctioni, oppoſitioni aut quadraturæ admoue, diem enim illud ſtuti aut facti aſpectus conſeſtim in limbo Calendarii referet. Tria ſunt tamen hoc loco animaductu digna. Primum, quod in anno biſextili non certò ☌ ☍ aut □ oſtendat, & hoc à 24 Februarij vſq; ad finem anni, ea autem ratione ſemper demendus vnus eſt dies, vcꝛ à die coniunctionis oppoſitionáſue, eo namq; dempto quæſitus reſultat. Secundum, vt ſi ☍ cum ☩ nota. Decembrẽ inciderit, nulla ſit, ſin vero in Ianuarij, diem iam iuxta prædicta cuſtodiendũ eſſe, anni enim illius labẽtis ſcꝛ, oppoſitio illa prima dicitur. Tertium, coniunctionem ● ☌ cum ſigno ♐ quę Decembrem incurrit, nouiſſimam anni eſſe curentis, ſeu propoſiti, quæ vero Ianuarium attingit, protſus inutilem fore. Quæ res metodo exemplari familior fiet ita. ¶ In iudiciorium obſeruationibus Aſtronomi ſtudioſe coniunctionum ſeu præuentionum figuras, id eſt, eas, quæ proximè natiuitates anteuertunt, perſpicere ſolent, quocirca & nos luminarium coniunctionem Cæſarea genitura ptiorem proximè, exempli vice, perfectiori quadam via docebimus. Et tabella numerali, idẽſt, Radices cõtinente, ptincipiò cõiunctionis radicẽ deſtinatam, anno currenti 1500. in quo natus fertur CAROLVS, quære. Inuenis autẽ diem 0, horam 22 minutũ 54,

Cautela obſeruanda in anno Biſſextili.

Exemplum CAROLI Imperatoris.

Mod' operãdi



Centenarij annorum ante & poſt Chriſti aduentum. Annꝰ	Radices poſt Chriſtum. Dies	Horæ	Minut	Radices ante Chriſtum. Dies	Horæ	Minut	Centenarij annorum ante & poſt Chriſti aduentum. Annꝰ	Radices poſt Chriſtum. Dies	Horæ	Minut	Radices ante Chriſtum. Dies	Horæ	Minut
Chriſti	24	10	24	24	10	24	Chriſti	23	6	33	23	6	33
100	26	18	35	20	1	13	100	17	1	50	2	6	8
200	3	14	1	15	18	2	200	10	21	5	8	10	50
300	7	22	22	11	9	51	300	4	16	26	14	15	33
400	11	9	23	7	1	40	400	25	16	49	20	20	15
500	16	23	54	2	17	29	500	19	11	7	27	0	57
600	20	22	45	27	22	2	600	13	7	24	6	0	32
700	25	6	56	23	13	52	700	7	2	45	12	5	15
800	29	15	7	19	5	41	800	0	21	59	18	9	58
900	4	10	53	14	21	30	900	21	22	23	24	14	43
1000	8	18	44	10	13	19	1000	15	17	40	3	14	18
1100	13	2	55	6	5	8	1100	9	12	58	9	19	1
1200	17	11	6	1	20	57	1200	3	8	15	15	23	43
1300	21	19	17	27	1	50	1300	24	8	37	21	4	26
1400	26	5	28	22	17	20	1400	18	3	56	1	4	0
1500	0	21	54	18	9	9	1500	11	23	14	7	8	43
1600	5	7	6	14	0	58	1600	5	18	32	13	23	25
1700	9	15	16	9	16	47	1700	26	18	55	19	18	9
1800	13	23	27	5	8	36	1800	20	14	12	25	22	51
1900	18	7	38	1	0	25	1900	14	9	30	4	22	27
2000	22	15	49	26	4	58	2000	8	4	47	11	5	11
2100	27	0	0	22	20	47	2100	2	0	4	17	7	53
2200	1	19	27	17	12	37	2200	23	0	29	23	12	36
2300	6	3	38	13	4	26	2300	16	19	40	1	21	12
2400	10	11	48	8	20	15	2400	10	15	2	8	16	53
2500	14	19	59	4	12	4	2500	4	10	19	14	21	30
2600	19	4	10	0	3	53	2600	25	10	45	20	2	20
2700	23	12	21	25	8	26	2700	19	6	2	0	0	54
2800	27	20	32	21	0	15	2800	13	1	20	6	5	38
2900	2	15	59	16	16	5	2900	6	20	37	12	10	21
3000	7	0	10	12	7	54	3000	0	15	54	18	16	4
3100	11	8	21	7	23	43	3100	21	16	17	24	20	46
3200	15	16	31	3	15	32	3200	15	11	34	3	20	21
3300	20	0	42	28	20	5	3300	9	6	50	10	1	3
3400	24	8	53	24	11	54	3400	3	2	9	16	5	46
3500	28	17	4	20	3	43	3500	24	2	32	21	10	28
3600	3	22	31	15	19	32	3600	17	21	49	28	15	11
3700	7	20	41	11	11	22	3700	11	17	7	7	14	46
3800	12	4	53	7	3	11	3800	5	12	25	11	19	28
3900	16	13	3	2	19	0	3900	26	12	50	20	0	11
4000	20	21	14	27	23	53	4000	20	8	7	16	4	56
4100	25	5	25	23	15	22	4100	14	3	25	5	4	31
4200	29	13	36	18	7	11	4200	7	22	42	11	9	14
4300	4	9	3	14	25	0	4300	1	18	0	17	13	56
4400	8	17	14	10	14	49	4400	22	18	25	23	18	39
4500	13	1	25	6	6	39	4500	16	13	43	1	18	25
4600	17	9	36	1	22	28	4600	10	9	0	8	22	58
4700	21	17	46	27	3	1	4700	4	4	18	15	3	40
4800	27	1	57	22	18	50	4800	27	4	41	21	8	24
4900	30	10	8	18	10	39	4900	18	23	58	0	7	58
5000	5	5	35	14	2	28	5000	12	19	16	6	12	41
5100	9	13	46	9	18	17	5100	6	14	33	12	17	24
5200	13	21	57	5	10	7	5200	0	9	48	18	21	6
5300	18	6	8	1	1	56	5300	21	10	11	25	2	49
5400	22	14	18	26	6	29	5400	15	5	31	4	2	24
5500	26	22	29	21	22	18	5500	9	0	46	10	7	7
5600	1	17	56	17	14	7	5600	2	20	4	16	11	49
5700	6	2	7	13	5	56	5700	23	20	19	22	16	33
5800	10	10	18	8	21	45	5800	17	15	47	1	16	9
5900	14	18	29	4	13	34	5900	11	11	4	7	20	51
6000	19	2	40	0	5	23	6000	5	6	22	14	1	14
6100	23	10	50	25	9	57	6100	26	6	45	20	6	17
6200	27	19	1	21	1	46	6200	19	26	3	26	10	59
6300	2	14	28	16	17	35	6300	13	21	20	5	10	34
6400	6	22	39	12	19	24	6400	7	16	37	11	15	17
6500	10	5	50	8	1	13	6500	28	17	1	17	19	59
6600	15	15	1	3	17	26	6600	22	12	19	24	0	43
6700	19	23	12	28	21	36	6700	16	7	36	3	0	27
6800	24	7	23	24	13	25	6800	10	2	54	9	5	0
6900	28	15	33	20	5	14	6900	3	21	11	15	9	43
7000	3	22	0	15	21	3	7000	24	22	37	21	14	27

quibus in Ianuario perſpectis, indicem X inducẽs, ideo, quia natiuitas habeatur centenaria, necdum planè exacta. Poſt hac cum filo 24 Februarii diem, natalem ſcꝛ Cæſaris ſigna, vnde cum eodem ſilo contra dierũm ordinem procede eouſq;, donec vel ● ☌ vel ☍ occurrat, ☍ autem offertur, quæ genituræ huius præuentionalis (licet ineptiori tamen aſtrologis notiſſimo vocabulo, tu ſi mauis, præcedentem dicere nil errabueris) oppoſitionáliſue, quoniã natiuitatem præcedit oppoſitio iſta, vocabitur. Per quam vbi filum traduxeris, in Diario ſiue Calendario 14 Februarii diem, quo contingit huiuſmodi oppoſitio, cernes. Quanq; is biſſextilis ſit annus, non opus tamen fuerit diem demere, cum lux præuentionalis ſiue præcedentis oppoſitionis 24 Februarii non excedat, imò 14 dies, qui inuenitur, recipiendus pro eo.

Exemplũ REGIS FERDINANDI

¶ Regi FERDINANDO natalem ſcimus annum 1503, velut antea, index X ſimiliter, vt prius diem 0 horam 22 minutum 54 Ianuarii ſuperiacet. Oſtenſorem modo Y ſuper Ianuarii diem 15 vel 16 ſtatue, & tertius annus, regius ſcꝛ, in limbo rotæ X exptes ſus, idem cum filo notandus venit. Subtus vero filum proxima ☌ cum 11 ſignata, in rotula videlicet Y, ducenda eſt. Poſt hoc filum, vbi 30 diei Martii, Natalicio regis, impoſitum, ab hinc̃q; retro ſubinde quo ad ☌ vel ☍ obueniat, ductum fuerit, conſtictio primum occurſare, filumq; ſubite, horis aliquot poſt 25 Februarii diem, videbitur. Coniunctioni huic oblatæ 11 aſtant, quæ præſentis anni ſecundam eſſe eandem ſignificant. Natiuitas autẽ hæc tegia Aſtronomis coniunctionalis, eò quod coniunctio prima occurſarit, nominabitur. Quo deinceps ordine in annis Chriſto prioribus, agendum ſit, paulo infra habebitur.

ENVNCTIATVM VICESIMVM TERTIVM

Lunæ, Capitiſq;, vt dicitur, Draconis, ſeu Çaudæ eiuſdem, propoſito, quouis & anno, & die, & menſe, coniunctionem mediam inuenire, perq; illam futura ſit, nec ne, aliqua luminarium obſcuratio, eodem temporis ſpacio, citra difficultatem aut dubium, præſagire.

Exemplum CAROLI Imperatoris



ODEM QVO DIES, QVIBVS Sol & Luna coniungantur vel opponuntur, indagaſti modo, Lunam & Caput draconis coire quoq; ſcies. Radice tantummodo alia ex præſenti tabella excepta, indiceq; Z ſuum in locum deducto. Quæ tres paradigmatæ clariorem euadet. ¶ Annus 1500 Cæſari CAROLO natalis, radicem habet, dies 33, horas 23, ☾ 34, Eadem radix in præcedentis figuræ Ianuario perſpecta cum indice Z ſigne tur. Quia vero annus eſt nondum plenus V quoq; index cum Z coniungatur, ſic agenti rotæ ſatis commodè ordinatæ erunt. Iam ergo filum orbiculatim omnibus inducito, & coniunctionibus & oppoſitionibus, quandoſi qua ſubincidit caudæ vel capitis Draconis linea, filo, pronunciare futuram eclipſim in ea coniunctione vel oppoſitione potes. Horam vero futuræ cognoſcere datur nõdum, donec certus ſis, vtrum die coniunctio illa oppoſitióue noctu ne eueniat. Interdiu enim eclipſis Lunæ nemini fieri poteſt, ſicut neq; in nocte Sol deficere conſpicitur. Satis igitur nunc eſto cognouiſſe die ne futura eclipſis an noctu ſit. Vt 32 Maii ☍ ☉ & ☽ certe nitur caudam propè, quo quidem die ptæſagire liceret eclipſim, niſi ex ſequentibus conſtaret oppoſitionem illam diurnam exiſtere. Itẽ licet 27 menſis eiuſdem ☌ appareat, ea tamen cum ſit noctuma nequaq; animaduertenda eſt, ſic & coniunctio 33 Iunii caudalis, quoniam Luna iam digreſſa longius eſt, non amplius ſperabitur. Verum ☌ Nouembris ſit mediam ☍, eclipſis Lunæ omnino futura eſt, quia noctuma oppoſitio & vera, 5 die contingit. Conſiderãti reliquas anni preſentis oppoſitiones, 29 quoq; Nouembris prope caudam altera videtur, at, quoniam longius quid diſtet, neque illic eclipſis expectanda fuerit. Diuerſa in Solis eclipſi habetur ratio, vbi licet non ex amuſſi coniunctionum lineæ & capitum, ſiue caudarum conuenient, nihilominus tamen eclipſim fieri poſſibile eſt, & id ratiõe diuerſitatis aſpectus, vt terminus eclipticus ☉ demõſtrat.

Exemplũ REGIS FERDINANDI.

¶ Rex FERDINANDVS eandem cum Cæſare radicem obtinet proinde X & Z oſtenſores iidem perdurant. V autem rotula pro anno 3 poſita in limbo Z, & Y rota pro anno quoq; tertio in limbo X (quoniam rex 3 poſt ſequimilleſimum natus dicitur) rectè locata, rotas omnes quatuor rectè diſpoſueris. Inſtrumento itaq; ſic ordinato, filum ſingulis coniunctionibus & oppoſitionib' inſer,

inſer, vbi ſi caput aliquod vel cauda filum ſubit, luminaris alicuius detectum certo prædicere potes, velúti 27 Martii, Solis deliquiũ, niſi noctu foret, & Lunæ eclipſim 11 Aprilis, & 5 Octobris, ſi non interdiu contingeret. ¶ Ante Chriſti tempora agendi ratio Ante Chriſti a centenario maiori, quod reſiduum, anni reſidui vocantur. Radicem deinde centenarij maioris quæſitam cum oſtenſoribus X & Z ſignas. Annos vero reliquos cum Y & V indicibus exprimis, quemadmodum ſupra dictum eſt.

ENVNCTIATI HVIVS VICESIMI cundi additamentum ſiue complementum



ANQVAM PRECEP[tum] ciatum ſufficienter, & per[fec]tum nihilo ſecius tamen a[d]libuit, immo neceſſaria quia filum ptioris no[n] uis deni coniunctioni. eclipſiumq; poſſibilitates denotat, papiri vitio, qu[ę] do, dum intercudendum paulo humores vberius co[n]ſari, nunc coarctari ſolet. In preſenti adhuc precriu[m] gnoſci queunt. Licet vero cum ſpirali inſtrumento idem cum inſtrumento draconibus pleno, difficultas tamen ſi[t] operationi ſiue vſui eiuſdẽ incumbit. Verum quia alterum requirat officium, neq; ſatis perfectè vnum ex his operetur, vtrumq; ſibi oppoſita locauimus, ita, vt paginam vertere non gatur, qua ratione inſtrumenta ſitum ſuum & verificationem amittunt. Sciendũ præterea rotulas huius duas idem efficer[e] quatuor prioris inſtrumenti faciunt, vſus tamen præſentis eſt iuſmodi. Vbi priotis inſtrumenti rotas rectè ordinaueris ſiniſtras, ordina & preſentis duas eodem modo. Radicem eandem, coniunctionis vel oppoſitionis, qua vſus es in diſponenda rota X prioris quere in Ianuario Calendarii ibidem inſerti, id eſt, ſpiralis, primum die radicis habito, in limbo exteriori quoq; radicis horas luſtra, quilibet autem gradus horam vnam deſignat, vnde radicis minuta quoq; colligi poſſunt, per minuta illa filum traducitur, cui index X Y rotę inferioris ſubſtituitur. Deinceps in limbo ciuſdem orbis annus requiritur cutrens, ad quem coniunctio vel oppoſitio, vel eclipſium poſſibilitas deſideratur, annus ille cum filo ſignatur, eidemq; denuo oſtenſor X Y ſubiungitur, inferioris ſcꝛ rotæ, ita autem tota illa vltimum ſui locum ſortita eſt. Index ille cum nota X & Y ſignatur, eò quod tantum preſtat atq; illi duo priotis orbes, alter cum X, alter cum Y notatus. Ab hinc rotam diſpone ſuperiorem non ſecus ac illam, radici coniunctionis inſerens Lunæ ſcꝛ & Capitis Draconis, & hoc in Ianuarii diebus & horis. Rota hæc pariter literas gerit duas, Z videlicet & V, eadem enim agit, quæ aliæ duæ ſeorſum, altera cum Z, & altera cum V ſigna te, ſuper quibus Dracones ſunt, prioris ſcꝛ inſtrumenti. Sic autem duæ illæ rotæ diſpoſitæ omnino ad vſum ſunt. His ambobus ſic ordinatis inſtrumentis, videndum in ptiori qua nam cyſtra coniunctio vel oppoſitio, quam ſcire cupis, inſigniatur, tum quando eueat, an ſcꝛ prima, an ſecunda, an tertia &c ſit ab anni principio facta, per eam filum dum extendis, notat in quem menſem & diem coniunctio vel oppoſitio incidat. Simili numero aut cyſtra in poſteriori require inſtrumento in rotula X Y, vel coniunctionum (quales nigriuſculæ repreſentant facies, vel oppoſitionem, cuiuſmodi flaua Lunaris color exprimit) filũ vero rectaiſtius facies diametro ſuperpone, quod ita extenſum in limbo exteriori coniunctionis vel oppoſitionis horã minutumq; denotat. Adhæc obſerua quo in loco filum coniungat mẽſem, in quo coniunctio vel oppoſitio repetta eſt per inſtrumentũ ptius, cyſtra enim tunc oſtendit verum diem coniunctionis vel oppoſitionis mediæ, tam factæ quam fiendæ. Diem ita cognoſces, A filo extẽſo contra ſignorum ordinem ſiue dierum numerum retro perge, donec occurrant menſium nomina, non autem ſecundum dierum ordinem, ſic enim falli poſſis, precipuè, ſi menſium nomina primo obuenient eorum in quibus dierum numerus incipit. Inter menſes igitur hos, menſem illum requite, cuius ☌ nem vel ☍ nem prior in inſtrumento offenderis in ſuo autem ſpirali circulo digitum tuum ad filum vſq; pro moue, iuxta quod verum diem agnoſces, & hoc ſi annus currens exiſtat Communis aut Ciulis, Idem in Biſſextili quoq; euenit, ſed à principio anni ad 24 Februarii diem dumtaxat. Poſt quem ſi fiat conſunctio vel oppoſitio perpetuò vnus dies auferendus eſt, veluti ſi filum indicet primum Martii, pro eo 29 Februarii ſummatur, aut ſi filum notet 2 Martii, pro ſecundo primus capiatur, Simili modo in reliquis agitur. Inſtrumentum hoc non factum eſt quo horas & minuta per illud indages, ſed diem tantummodo, illumq; veriſſime. Horas tamen & minuta cogniturus certò, proximum accedas inſtrumẽtum oportet. In eo enim nihil deeſt talia quærenti. Præterea ſi cognoſcere cupias, vtrum in anno eclipſis aliqua, tam Solis, quam Lunæ, ſiue vna, ſiue plures ſint eueuturæ, tum conſidera in priori inſtrumento quoties cauda vel caput aliquod coniunctioni aut oppoſitioni concurrat, cyſtra interim diligenter notata, quota

Cut quilibet orbis geminas habeat litteras

Vſus inſtrumenti.

Quomodo in anno Biſſextili procedendum ſit,

Quo pacto eo gnoſcatur eclipſis futura in ☌ vel ☍.



ASTRONOMICVM CAESAREVM

nam sit, an prima, an secunda, an tertia ab anni principio, eandem enim coniunctionem siue oppositionem in posteriori resummes instrumento, perq; eam traduces filum, quod si incidit terminum eclipticum, siue in capite, siue in cauda illud accidat, vbicunq; tandem recta illius cyfra inuenitur, certus es de possibilitate eclipsis, si modo id media coniunctio vel oppositio admittit. Quomodo vera coniunctionum vel oppositionum possibilitas agnosci debeat, alibi est dictum. Vt vero terminos eclipticos rectius perdiscas, sciendum est Solis fore eclipsim, quoties filum huiusmodi areã aut huiusmodi in quibus ☉ character repetitur incidit, & hoc in die artificiali tantum, Lunæ vero deliquium fit, quoties filum talem aut talem figuram intro rapitur, sed nocturna sit illa oppositio oportet.

EXEMPLVM CAROLI Imperatoris

¶ Quod si in natiuitate Cæsarea indicem X Y dirigis super diẽ ☉ horas 22, minuta 54 Ianuarii, tum rotam hanc suo loco dederis, annus enim nondum elapsus est. Sic ostensorem orbis supetni Z V diei 11, horis 23 minutis 34 admoue, & locata erit pro vsu totius anni. Iam si instrumentum prius insperexeris 12 Maii die ☌ mediã competies, quintam in ordine, quare si filum per quintam ☌ instrumenti secundi ducis, ostenditur per illud in gyro Mensis Maii dies 13, hora 20, m̃ 30 fere. Verum Bissexti ratiõe demes hic diem vnũ, & restabunt dies 12. Quoniam vero iuxta ☌ hanc ☾ inuenitur cauda, & hoc in instrumento ptiori, eclipsis, vt fiat putandum est. Proinde sequens etiam instrumẽtum erit inspiciendum, (filo super oppositione ☾ perseuerãte) vtrum terminos Lunæ ecliptcos filum comprehendat, in cauda quinta, & certe comprehendi videtur, ideo citra dubium asseruĕris Lunam in hac ☌ delinquere. Attamen, quia diurna illa ☌ est, ea propter Lunam sub horizonte consistere necessarium est, nec fieri potest vt nobis appareat illa eadem de causa: Reperitur preterea ☌ quedam in Maio, & hæc 28 die Mensis eiusdẽ, coniunctio autem sexta hæc est, ab anni principio, contingens ferè caput Draconis sextum, quocirca filum per sextum instrumenti sequentis coniunctionem si educitur, idem demonstrat diem 28 in circulo Maii, horam quoq; 14. Bisextũ propter dies 27 accipitur. Nunc si videatur caput draconis sextum quoq; terminus eiusdem eclipsis solatis à filo contingi cernitur, adeo vt oporteat Solis deliquium fieri, hoc autem intelligitur secundum ☌ mediam. Verum quia vera circa noctis medium euenit, velũti sequentia docebũt, idcirco penes nos conspici nequit. At 6 Nouembris die ☌ vndecima, circa draconis caput duodecimum offenditur, quam si per instrumentum sequens examinas, filum in draconis capite 12 mo terminum eclipsis Lunaris scindit, ea igitur ☌ sine dubio, quia in nocte euenit nobis, cõspicua est.

EXEMPLVM REGIS FERDINANDI

Exemplum Regis FERDINANDI

¶ Rex FERDINANDVS eadem cum Cæsare radices habet natus, quapropter rota X Y in diem 0, hora 22, m̃ 54 statuitur, & deinde filum per annum educitur tertium in limbo eiusdem rotæ, turfusq; ostensor subducitur, & orbis ille rectificatus est. Superiorem pariter orbem hoc modo dispone, addicens primo radici quæ est dies 13 hora 23 m̃ 34. Deinceps tertio anno. Post hoc instrumentum intuenti primum occurrit secunda ☌ die Martii 12 fieri, tertiam attingens caudam, Ideo videndum est, vtrum Lunæ eclipsis accidere possit. Iam si per secundam ☌ tendis filum in instrumento posteriori, cernis quod idem incidat eclipsis Lunaris terminum nequaq̃, ob id neq; eclipsis speranda est, hoc intelligendũ est, quo ad mediã ☌, quo ad veram adhuc fieri potest, vt terminũ incidat eclipsisq; contingat, id quod sequentia satis aperiunt. Adhuc eodẽ anno die 27 Martii ☌ tertia caput draconis quartum contrectat, quapropter secundi instrumenti filum per ☌ tertiam directum ostendit in gyro Martii diem 27, exteriori vero in limbo horas 4. Preterea terminum solaris deliquii quarto in capite attingit; quamobrem certò eclipsis asseritur futura Solis, nisi accideret autem citra noctem mediam, sicuti scies consequenter, ob id nullam speraueris. Eadem ratio in reliquis est vniuersis.

Enunciatum

CAESAREVM ENVNCTIATVM VICESIMVM QVAR.

Cognito iam eclipsis die, horam quoq; & minutũ ☌nis vel ☌nis mediæ euenientis, contemplari.



ENTENARII RADICEM PERspice in eadẽ qua prius soluisti, conctionis scz Lunæ & Solis tabu mox in limbo instrumenti quire, ab hora meridiediens. Inuentam sup loca, Annum rentem in si cum P ost Nũc horam mediæ ce ram, in qua distantiam eiusdem ☌ ri serua, si coniunctionem vis, tum eat tis expressam vestigia, per quam simu & minutum in limbo referet. Pari ratbis. Verum hic notabis, vt si vsu veni præcedere coniunctionem, eam in hoc superiori, cum ☩ insignitam esse. Doc planius.

Exemplum CAROL

¶ IMPERATORIS CAROLI radix fuit m̃ 54. In limbi igitur ambitu horas 22 m̃ 54 ponetrito, quo mox indices Q & P verosp ducito. A superante, & rotæ sic omnes suis redditæ locis fuerint. At enunctiatum vicesimum secundum dederit 14 Februarij, natalitatem præuentionalem, vt ducitur, quæ secunda est ☌ post primam anni coniunctionem, filum per secundam oppositionem secundi limbi tendes, & in horarum limbo, horas 6 m̃ 0 videbis, tempus, quo dixit coniunctionis verum est.

Exemplum FERDINANDI

¶ FERDINANDVS ROMANORVM Rex, quando eum dem cum Cæsare centenarium possidet 1500 scz. index Q in hora 22 m̃ 54 permanet. Verum, quia natus tertio anno currenti dicitur, P ostensor tertio anno in limbo Q rotæ applicandus est. Enunctiatum 22 docuit natiuitatem eõiunctionalem esse, quia proximè eam anteierit coniunctio, 25 scz Februarij, quæ fuit secunda in ordine, propterea eadem in instrumento lustranda est, filumq; per eandem ducendum, quod horam 15 m̃ 33 post meridiem, diẽ autem 25 in quo media illa coniunctio facta est, indicat. Non aliter acturus es in annis Christum præcedentibus. Indicem enim Q super radicem centenarij, P super annotum reliquias inducens, Filum deinde per coniunctionem vel oppositionem extendis, quod extensum, horas & minuta in limbo signat.

Exemplũ Regis FERDINANDI

ENVNCTIATVM VICESIMVM QVIN

Argumenta Solis & Lunæ media, per quæ tempus veræ alicuius coniunctionis aut oppositionis discitur, consequi.



VPERIVS VBERRIME IN theorica Solis tractata est Argumenti medij cognitio, ad quem locum te relego, breuitati consulens. Similiter Lunæ motus, Argumentumq; eius, instrumentum proprium definiuit abundè, que repetenda tantum admoneo, cum pluribus ante acta persequi, & molestũ legenti, & futile tradenti sit. Sed quo exempla nostra finem perfectiorẽ sortiantur, pauca adhuc addentur. ¶ In Cæsaris præuentione, sic enim loquũtur, quæ ortum eius anteibat, Solis argumentum mediũ esse deprehenditur ex enunctiato 12, ☽ 8 ♌ 3 m̃ 58. Lunæ Argumentum ☽ 2 ♌ 8 m̃ 38. ¶ In Regis autem coniunctione (nam ☌ natum præcessit) 25 die. 15 hora, 33 mi. Februarii, Argumentum Solare mediũm, habet ☽ 8 ♌ 13 m̃ 42. Argumentũ Lunare, ☾ 9 gra. 36 m̃ 34.

Exemplum CAROLI

Exemplũ Regis FERDINANDI.

¶ Cautela obseruanda in dispositione rotarum

Operandi modus huius secundi instrumenti verus
dem & certus est, quoties annus currens siue pro
is in arcu limbi inferioris rotæ ab indice X Y
o secundum diez ordinem, usq; ad 29
horam 32, Mi. 44 siue stellam lunæ
peritur. Annus ille cum filo (vt
ur, eidemq; denuo index X Y
ad operationis finem sic
imam siue radicalem
ositus à stella prædicta

(supputatione secundum dierum ordinem facta) usq; ad indicem X Y occurrat, iam dictæ stellæ centrum inspice, p hunc q; filū tende, cui subducis indicem T. Mox deinceps filum ducatur per ppositum siue currentem annum, ubi intersectio fili cum circulo T diem tantū, aut diem horamq; dabit. Dies ille tandem in limbo Ianuarii requisitus, cum filo signatur, eidemq; denuo ostensor X Y subiungitur, ita autem rota illa ultimum sui locum sortita est. Atqui nunc mihi uideor satis superq; positionem rotæ X Y declarasse, admonens interim, ut similia de rota Z V intelligantur, qualia de rota X Y prodita sunt, interesse tamen hoc vnum quod hic considerandus erit index Z V, & centrum stellæ iuxta 27 Iam diem signatæ cū charactere draconis sic ☋



INSTRVMENTVM TERTIVM



ENVNCTIATVM VICESIMVM SEXTVM

Argumentis Solari & Lunari mediis, ad mediæ coniunctionis & oppositionis tempus habitis, veræ quoq; coniunctionis vel oppositionis terminos, id est, horas & minuta disquirere.

Empotibus Argumentisq; mediis inuentis per enunctiata ante dicta, vera eadem nunc indagaturus. Principio Lunæ Argumentum medium in linea huius figuræ, scz E F, Signũ vero argumenti tam dextra quam leua obuium require. Illud autem dextro in latere offendes argumento ♉ Signis minore existẽte, inter numeros eiusmodi. 1. 2. 3. 4. 5. 6. In sinistro autem, si argumento ♉ Sig: maius sit, reperies cum numeris signa VII. VIII. IX. X. XI. XII. Argumento Lunæ ndendo in Zifris. 1. 2. 3. 4. 5. 6. accepto, tum ntum, vel in modico circulo centrum propè, vel in si interna limbi parte Ziffris 1. 2. 3. 4. &c. iuxta C hoantur, descriptis, inquirendum erit. Si in leua parte argumentum Lunæ descendendo in linea E F, iam Solis ntum inter partis extremæ ipsius limbi, Signa, quæ initiũ iuxta D litteram, & his numeris signantur I II III IIII VI &c. requiritur. Ambobus iam Solis & Lunæ argumentis llectis, filum lineæ F E inducens, margarita argumento Lunæ superdocetur, rursusq; filum argumento Solari adiungatur, quod in limbo tum exterioti tum interiori fiet, vter eorum argumento Lunæ in Zifferis vel litteris responderit, confestim enim margarita horas & minuta addenda vel subtrahenda, ☌nis vel ☍nis mediæ tempori, vnde vera ☌ vel ☍ resiliet, ostendet. Illud autem sic intelliges volo, quod quoties Lunæ argumentum ♉ Signa non superat, obseruandum paruum illum circulum, cui ascriptum est medietate altera, MINVE, altera ADDE. Iam si margarita (filo Solis argumentum in circulo C exprimente) propè circulum paruum cecidерit, ita, vt pingue nigrantem peripheriam, cui ter ADDE verbum inest, intra lidat, tum horæ & minuta ab vnione expressa, subtrahenda sunt à tempore coniunctionis mediæ vel oppositionis. Sed si margarita circulum extra inuenitur, neq; arcum illum cui MINVE inest, iuxta littera C quoq; incipientem, intrat, horæ & minuta vnionis tẽpore mediæ ☌ vel oppositionis addẽtur. Si vero margarita intra arcum MINVE, & limbum exteriorem inciderit, titulo MINVE vteris. Subtractionis enim vel additionis titulum sequeris illum, qui Solaris argumenti circulo proximus est à margarita, id quod iam paruus centrum penes indicat, quamuis illius gradus, propter illorum euidentiam maioti, in limbo sumantur, ut si Lunæ argumentum in finistra queritur parte, quod sit argumento ♉ Signa superante, margarita huic adducta, Solis argumenti in limbo exteriori lustrandum est, inchoanti à D littera, finargumenti impositi, margarita horas & minuta addenda vel subtrahenda ostendit. Vtrum autem facies, sic scies. Titulum MINVE vel ADDE considera, à limbo extremo centrum versus margaritæ proximum, is enim sequendus erit.

Exemplum CAROLI Imperatoris.

Cæsaris Caroli præuẽtio.

¶ Hæc hactenus præcepta illustrabunt paradigmata consueta. Cæsareæ natiuitatis præuentionem fuisse diximus 14 Februarij, Medie vero oppositionis horam ☍ pomeridianam cum mi: o. Argumentum Solare ♈ 8, ☊ 1 ♓ 44, Lunaræ ♈ 2 ☊ 14 ♓ 47 enunctiatum præcedens dedit. Lunæ itaq; argumentum, quoniam 6 ♈ minus est, dextro in latere videndum est, gradus autem in linea E F, Filumq; vna cum margarita huic superponendum. Argumentum Solis nunc in paruulo iuxta centrum cyclo requirendum itidem in circulo C in gradus minutaq; accipi possunt. Huic argumento rursus si filum superieceris, margarita simul in area 13 Horas, 23 minuta adiscienda prodit, adiscienda eò, quod paruus circulus repræsentator Solaris argumenti, proximusq; à centro titulus est. Ea postq; mediæ ☍ni adieceris, horæ redundant 19, minuta 23, veraq; ☍ iam vocatur. Tempus hocce duplici ratione insuper ratificabitur. Prima, per 5 enunctiatum, vnde æquationem dierum mutuabis hoc pacto, agens. In limbo 14 diem Februarij disquires, per quem filum transmissum, minutum vnum in circulo æquationis abscindit, id quod tempori postea inuento additum, tempus veræ oppositionis. æquatis diebus dictum, meridiano Ingolstadiensi conuenientis, horas scz 19, minuta 24, constituet. Secunda temporis verificatio est eiusmodi, vt tempus ad meridianum natiuum, id est, Gandauiensem reducere studeas, quod ita facies. Regionum in tabula Gandauum, simulac legeris sub titulo ☌ & ☍ & aspectuum, Horam o ♓ 39 cum M littera, conspicis. 39 diminutis à tempore iam æquato vltima verificatio resiliet, dies scz 14, hora 18 ♓ 44.

Exemplum FERDINANDI Regis.

¶ In Regia natiuitate, die 25 Februarij, hora 15 ♓ 31 tempus mediæ ☌ fuit. Argumentum ☽ ♈ 4 ☊ 16 ♓ 34. Illud quæras in sinistro latere ascendendo, in linea vero F G gradus argumenti, cumq; vnione eosdem exprime. Iam paruum circulum argumenti Solis significatorem non ignora, ideo cum & argumentũ ☽ & circulus ipse pariter ambas cum numeris 1. 2. 3. 4. &c. inscribantur, licet cyclus, quoniam & ipse Zifferis huiusmodi 1. 2. 3. 4. &c. constat, pro alio vsurpetur ob magnitudinem scz graduum, titulus tamen additionis. subtractionisq; vltra paruum circulum accipi debet. Argumento Solis in C orbiculo ♈ scz 8 ♊ 33 ♓ 42 sumpto, filum per idem ducatur. Quo facto, horas in area figuræ addendas, nempe 30, ♓ 39 vnio dabit, sic enim titulus additionis centro vicinus exigit. Hinc dierum æquationẽ, quæ est 3 ♓ 40 ♑ per enunctiatum 5 repete, quam si addis, veræ ☌ tempus ad meridianum Ingolstadianum, dies videlicet 26, Hor 3, ♓ 50 habes. Adhuc æqualius vel magis conueniens Medinvrbi habiturus præcepto Enunctiati 3 Medium examina, illic enim sub titulo ☌ & ☍ & aspectuum, Hora 3 ♓ 32 cum nota M offertur. Diminutis igitur hora 3 & ♓ 32, veræ ☌nis tempus, dies videlicet 26, hora o ♓ 42, id quod quæsieras, relinquetur

Regia natiuitas Coniunctionalis

Exemplum ante Christi tempora ab Alexandro pbeunte mutuatum.

Huius rei vt exemplum quoq; afferatur ante Christum defuncti ptum, Alexandri magni obitum delegi, ante Christum natum 323 annos & 93 dies factum. Nunc si scire velim, vtrum ☌ an ☍tio mortem hanc Alexandri proximè anteierit, quoq; die, hora & minuto contigerit, annos 323 diesq; 93 ab 400 annis subtraho, à proximo vicz cẽtenario maiore, relinquuntur igitur 88 anni 272 dies. Huncce dierum numerum si à prima Ianuarij luce numero, rectè in 29 Septembris coincidere videtur. Hoc acto, radicem centenarii 400 è radicum tabula ☌nis scz ☉ & ☽, præsidio enunctiati 22, eximo. Quo exempta, dies ♉, horam vnam, minuta 40, offert. Ea iam in Ianuario requisita, indiceq; X expressa, & hocin draconum instrumento. Residuos insuper annos 89 (octogintaocto enim anni elapsi iam sunt) postq; in limbo rotulæ X cõsidero, indicemq; Y superloco, vicesimumsecundum imitatus enunctiatum, tum proximè ptæcedens 29 Septembris diem ☍tio certnitur, diem 20 incidens, eiusdem mensis. Hæc autem ☍tio media dumtaxat fuisse ex enunctiato 22 constat, hora vicz ♉ mi: 36 pomeridianos. Enunctiatum 22 iam sæpe dictum præcepit vt indicem Q horæ vni, minutis 40, veluti radix 400 annorũ postulat. Indicem præterea P anno 89 videlicet affigebam, filum adhæc nonæ ☍ni (nona enim illa ☍tio à Ianuario in ordine extiterat) transmiseram, quod in limbo, horas ♉, minuta 36 (iampaulo ante memorata) referebat. Per 25 deinde enunctiatum huic dici horæ & minuto, Argumentũ Solis Lunæq; competentia inuestigaram. Solis quidem Sig: 3 gra: 39 mi: 8, cuius ratio fuit aux Solis, quæ Sig: 2 gra: ♉ mi: 20 habebat. Argumentum vero ☽ Sig: 4 gra: 37 mi: 54, Quibus ambobus præparatis, distantiã veræ & mediæ ☍nis per hoc instrumentum deprehendi sic. Argumento Lunari minore ♉ Signis, Argumentum Solis in paruo circulo recipiendum erat, filumq; per idem transmittendum, quo transmisso, margarita, quæ iuxta argumentum Lunæ iam ratificata est, in area instrumenti horas 2 mi: 36, tempori ☍nis mediæ addenda, ostendebat. Oppositio hæc igitur Ingolstadiensi meridiano subdita, ostendebat. Oppositio hæc igitur Ingolstadiensi meridiano subda

ASTRONOMICVM CAESAREVM

ENVNCTIATVM VICESIMVM SEPTIM.

Hæc omnium præsens figura iterat, posterius DISPOSITORIVM dicenda.

Perspecta iam Lunæ defectus possibilitate, vt sic loquar, id est, tempore quo possit contingere, per instrumentum enunctiati vicesimitertii. Vlterius nunc vtrum scilicet nec certò fiat, quantăq; eclipsis futura sit præsenti figura perspicere.



Ppositionem veram dici, qno futuram Lunæ obscurationem præuideras, possibilem saltem, simulatq; perspexeris, Argumenta Solis & Lunæ ad diem eundem per enunctiata 32 & 25 comporta. Verum quoq; Lunæ locũ, eiusdem latitudinem, Latitudinisq; argumentum, necnon capitis draconis locum verum per enunctiata 37 & 38 congere. His enim congestis, ea quæ ad eclipses attinent, cuncta conuteris. Per instrumentũ q̃q; enũct: 38 eclipsis [illegible] Solis quàm Lunæ haberi potest, & melius q̃ in ptio [illegible]. Vbi indicem capitis draconis rite locaueris, ad tem[illegible] oppositionis vel coniunctionis, locum quoq; Lunæ in [illegible]ontueberis, per quem filum directũ si inter d & a (Luna caput draconis morante) vel inter g & e (Luna caudæ vicina) ceciderit, fateri aude Lunam in illa oppositione [illegible]ram. Vicissim Solis defectum conspicaberis in [illegible]ne quadã [illegible]ge. Tempora [illegible]nis veræ cum filo signa, quod si inter b & [illegible]uxta caput draconis, vel inter f & g iuxta caudam draconis [illegible]eratur, contingens est Solis deliquium in hac coniunctione. Vertũ Solis obscurationes propter aspectuum diuersitates non ita ad vnguem, sine calculandi opera, sicut Lunæ haberi nobis potuerunt, eas tamen, deo volente, in posterum quoq; in instrumenti formam redacturos nos, quo ad licebit, nõ diffidimus. Possibilitate eclipsis Lunaris agnita, lineam in plano aliquo præscribe, quam H D nomina, cuius medium A sit. Huic alia perpendicularis inducta B F dicatur. Pedem nunc circini alterum in A litera fige, extensus alter circulum occultum pro Arbitrio scribat, qui idem in linea B F & punctis B F secetur. Eo facto Lunæ latitudinem considera, quæ si Septentrionalis fuerit, tum oportebit Argumentum eius verum esse 5 Signorum & 18 graduum ad minus, vsq; in 6 Signa etiam, vel Signi nullius, graduumq; 12. Iam si Argumentum sit Signi nullius, diuidatur quarta B D in 18 partes lic, primo in tres, deinde singulas in alias tres, postea quamlibet in duas, & habebis 18 portiones, quarum singulæ 5 gradus continent. Proximo B literæ puncto C ascribe, rectamq; lineam à centro A per C educito. Si vero Argumentum latitudinis Signorum sit 5, tum B H quartam dispesce, primæ autem post B literam sectioni, M literam appone, perq; M & A centrum lineam, vt antea, dicte. Quod si meridionalem Lunam conspexeris, Argumentum habens 6 Signorum, & insuper aliquot graduum, tum ab F litera D versus proximum punctum elige, eundem cum T litera signans. Argumento 33 Signorum existente, ab F versus H cum puncto huiusmodi digredere, cui ascribe G. Hac in parte no moueatis quicquam, si gradus aliquando Signis non adiunctos videas, obseruatis diligenter Signis tantummodo.

Quomodo eclipsis Lunæ in plano sit formanda.

Hæc omniũ &c.



Deinde in limbo exteriori sequentis figuræ, quæ post hac, instrumentum Semidiametrale vocabitur, Solis Argumentum vestiga, cui filum vbi superposueris, nota eiusdem, & limbi interioris (quæ vmbratum varietates per secunda metitur) contactum, secunda vero illa à filo abscissa, seorsum excipe. Argumentum deinde Lunæ perquirens, cum filo pariter transmisso signa, quod filum binas tibi corporis vicę Lunaris & vmbræ terræ, semidiametros aperit. Filo sic durante, circinum in centro fige, pede altero in punctũ vsq;, in quo nigriot atea à filo tangitur, extenso, illa enim extensio semidiameter corporis Lunæ est, quam ita inuariatam reserua. Alium post hac circinum fini priotis diametri iam habiti infige, Pedem alterum eiusdem circini vsq; ad areæ fuscæ terminum protendens, semidiametrum quoq; vmbræ terrenæ habebis. Aream hanc circumferentia quadam candenti circunscitea includi vides, vltra quã aliam, calami latitudine, superficiem cernis, quæ in 60 secunda distributa est. Sed cum iam antea secunda varietatæ vmbræ didiceris, pedes circini pro tot secundorum distantia contrahi debent, & vera vmbræ semidiameter habebitur. Talem postea circinum in A plani prius ad hoc præparati, vbi firmaueris, circulumq; descripseris, veram vmbræ quantitatem cernis, vmbræ inquàm terræ, quæ in Lunæ transitu, oppositionis illius tempore fit. Mox in instrumento cui nomen dispositorio, Lunæ Argumentum in lineis, siue A C siue A M, siue A G, siue A T sit, contemplator. Loco obtento pedem circini insere, extendaq; alterum in argumenti punctum. Eandem postea circini extensionem parato plano inser, pedeq; altero in A fixo, cum altero punctum in linea paulo antea, huic rei deputata, exprime, literaq; M signa. Iam circinum require, extensum, iuxta corporis Lunaris semidiametrum, quem vbi fixeris in M, cumq; eodem circulum descripseris, corpus Lunæ te habere puta. Ex illis nunc demum certus esse potes, de contingenti huius oppositionis eclipsi, deq; quantitate eiusdem. Si enim, corpus Lunæ totum sub vmbram concesserit, vniuersalis, si partim, particularis, sin omnino non, nulla eclipsis euenit.



ASTRONOMICVM CAESAREVM

ECLEIPSIS CAROLI PLANA formatio.

QVod quidem negotium adhuc vberius consumatiusq; per exemplarem docendi methodum iterabimus. ¶ Annum Imperatoris CAROLI 3500, sex natalem intuenti, defectus Lunæ accidere posse eodem anno, & quinto Nouembris die apparet. Tempus igitur veræ oppositionis illico scrutor, & 5 diem, 13 horas, 52 minuta Nouembris esse reperio. Locum autem Solis ♏ 13 ♌ 22 ♍ m. Locum Lunæ verum ♑ 23 ♌ 22 ♍ ♈. Argumentū ☽ 9 ♌ 22 ♍ 59. Argumentum Solis ☉ 4 ♌ 23 mentum latitudinis ☽ verum, ☉ 11 gra. 24 ♍ 39 ♌ 58, ☉ 1 gra. 28 ♍ 43. Omnia ad deria præsagiendum, perspicio. Hijs perspectis, in plā- ces sese orthogonaliter secantes, vt videre cotā est, præsentia vero Argumentum latitudinis ☉ 11 com- habeo F H iuxta regulæ præscriptum in portiones 38 mum punctum prope F cum litera G notans, per eū- trum A rectam produco/ quam tribus quoq; literis C scribo. Argumentum deinde Solis in limbo externo præ- figuræ quæsitum, filoq; expressum cum fuerit, mox à filo ulci vmbræ 51 secunda abscindi video, hæcq; seorsum refer- in eodem postea limbo, externo scz, Argumentum Lunæ ve- , Signa vicz 9 gra 22 ♍ 59, cum filo quoque traducto re- cto, quod filum circulos, corporis Lunæ in puncto B, vmbræ au tem in puncto H scindere animaduerto. Filo itaq; sic perseuerante, circinorum duorum, alterum in A centro figens, in B vsq; extendendo, eundemq; sic apertum, semidiametrum Lunæ scz referentem, sepono, alterum in B locans, diducensq; in H, vmbræ semidiametrum cognosco. Quinquaginta vnum secunda prius ex vmbræ varietate collecta, resummo, quibus resumptis, I H lineā in 60 partes discretam imaginor, in qua 51 numerans, ab H incipiendo versus I, fini numerato, R litteram addo, circinumq; ab I in R iam contraho, talemq; veram vmbræ diametrum continere pronunctio. Circini illius sic inuariati, pedem vnum in A plani iam antea dispositi inferens, cum alio circulum describo, eum demq; cum O S Q R literis noto, & veram vmbræ quantitatem, quæ in transitu Lunæ finis tēpore contigit, cognosco. Rursus ab hinc dispositorium illud nuncupatum ingressus, alterum circini pedem A literæ defigens, alterum vsq; in Argumentum latitudinis, quod est ☉ 11 gra: 24 ♍ 33 distādo. Distensionē eandē, plano cuidam importo, stilum vnum circini in A, lineæ A G, statuens, alium versus G porrectum, cum M litera significo, Prioris nunc circini pro quantitate Lunari prius diducti, pedem alterū M literæ inferens, periferiam quandam ipsius Lunæ magnitudinem ostendentem, describo. Lunæ inquam & vmbræ discrimen, quanta scz adhuc luceat, & quanta obscuretur, id quod punctis 30 & minutis 50 ostenditur. Hoc autem ita iudices, ac si tota Lunæ diametrus, in 12 puncta findatur, quottus enim illarum partium eis numerus, totidem punctis eclipsis fieri dicitur. Quæ res postmodum peculiari quadam demonstratione docebitur. Apparet insuper pars ima, horizonti inclinans, conspicua seu luminosa, superior autem obscura & tenebrosa. Obiter notasse volo, tempus hocce oppositionis veræ siue defectus medij, nostro, id est, Ingolstadiensi meridiano congruere, subtractis autem 39 minutis G andauo posse conferri. Verum sed Lunæ quo cursum plenius viderem, quaq; ex parte occultari cæperit, plane cognoscerem, ex puncto M perpendicularem erigo, vtrinq; satis productam, indeq; circini Lunæ diametrum referentis, pedem in R sistens, cum altero punctum L, & hoc in linea A T signo. Mox è centro A per L vtrinq; circulum qui perpendicularem à dextro latere in puncto N, in sinistro autem in puncto K contingit, delinio. Punctis autem K & N circinum immittens eum, qui Lunæ diametrum exprimit, circū N literam circulum describo, principium Lunæ deficientis dantem. Patet enim vbi Luna à terræ vmbra obuelari incipiat. Eodem modo alium orbiculum circum K literam finem eclipsis illius significantem, duco. Quo peracto liquet denuo, quomodo Luna à N per M vsq; ad K transierit. ¶ Quicquid autē hucusq; super eclipsi Cæsarea dictum fuit, hoc totum in sequenti figura luce clarius oculi te docere possunt.

QVOMODO COLOR ECLEIPSIS LVnæ sit præsagiendus, Regula vniuersalis.

Quantitate eclipsis perspecta colorem eiusdem duplici ratione, Latitudinis scz & Argumenti veri præsagio. Latitudinem enim siue meridionalis, siue septentrionalis illa sit, in tabula sequenti prima considero, iuxta quam illico eclipsis colorem ad votum deprehendo. Vt in deliquio Imperatorio, latitudinem 29 minutorum in tabula resumo, qui tamen numerus, quoniam tabulæ non inest, proximum ei 28 videlicet deligo, iuxtaq; colorem scriptum, qui niger & rubens offertur, pro quæsito excipio. Argumentum vero in secunda tabula lustranti, color distantiæ quam efficit Luna cum terra, cognoscitur. Vt in exemplo eodem Imperatorio, vbi Argumentum Lunæ verum Sig: 9 gra: 22 ♍ 59 obtinet, quæ Signa, gradus, & minuta per secundam tabulam requirenti non integra, sed Sig: 9 gradus 35 reperiuntur, 22 ergo gradus eò quod 35 superant, colorem Griseum designant. Hæc exequuto restat colorum mixtura, qua commode peracta, verus eclipsis color constabitur. Quam rem si absolutius desyderas, colores huiusmodi pictorū more commiscето, & rem ob oculos habebis.

PRIMA TABVLA de Colore eclipsium.

MINVTA LATITVDINIS LVNAE

0 2 4 6 8 10 12 14 16 18 20 22 24 26 28 30 32 34 36 38 40 42 44 46 48 50 52 54 56 58 60

- Nigerrima.
- Nigra habens in seviredinem.
- Nigra cum Rubedine.
- Nigra cum pallore.
- Pallida grisea.
- Grisea cum albedine.

SECVNDA TABVLA de Colore eclipsium.

SIGNA ET GRADVS ARGVMENTI VERI LVNAE.

0	Signū	0	Rufſa
		10	
		20	
1	Signa	30	Grisea cum albedine
		10	
		20	
2	Signa	30	Grisea
		10	
		20	
3	Signa	30	Nigra cum pallore
		10	
		20	
4	Signa	30	Nigra cum rubedine
		10	
		20	
5	Signa	30	Nigra cum viredine
		10	
		20	
6	Signa	30	Nigerrima
		10	
		20	
7	Signa	30	Nigra cum viredine
		10	
		20	
8	Signa	30	Nigra cum rubedine
		10	
		20	
9	Signa	30	Nigra cum pallore
		10	
		20	
10	Signa	30	Grisea
		10	
		20	
11	Signa	30	Grisea cum albedine
		10	
		20	Rufſa
12	Signa	30	



ASTRONOMICVM CAESAREVM

ECLEIPSIS FERDINANDI in plano figuratio.



Actenus Imperatoris exemplo propositio Lunæ transitum infimum, id est, quomodo partem vmbræ inferiorem Luna cõspicua perambulauerit, superã autem sui partem occuluerit. Nunc autẽ Regio diuersum exponemus, sez qui Luna inferam faciem obscuret, superiori vero luceat, summam vmbram petagens, Zenith versus inclinata. Adeo per omnia, & a vertice, vt prouerbium habet, vsq; ad calcem huius libri hæc duo Cæsarum exempla, vi[illegible] ipsis alternas vices portigentia, ita, vt quodcunq; alteri adesset. Neq; enim [illegible] hoc modo intactũ seu [illegible] propositis est. Annum 1503 considerat FERDINANDVS est, deliquium Lunæ [illegible], quare retro eunti, conceptionis ad diem [illegible] argumenti cum natiuitate componendum est) rectè [illegible] & natiuitatis temporum, eclipsis Lunæ con[illegible] 15 die cet Octobris die, anni 1502 deprehendi [illegible] præcepta enarchiatorum priorum, veri pleni [illegible], medietas huius defectus, id est, spacium il[illegible] plurimus esse solet, die prædicto hora 12, minuto 33 [illegible], sogolstadiensi meridiano conueniens euenire liquebit. [illegible] Medinensi collaturus, subtrahet horam 1 ♏ 12, [illegible] 10 ♏ 59, tempus vltimo verificatum prodibit. Hac in op[illegible]ratione.

¶ Luna gradum 1 minuta 32 ♉.
Sol vero oppositum tenuit.
¶ Argumentum verum Solis, ☌ 4 ♌ 2 ♏ 32,
¶ Argumentum Lunæ verum ☌ 6 ♌ 25 ♏ 33,
¶ Verus locus Capitis, ☌ 0 ♌ 23 ♏ 9.
¶ Argumentum latitudinis verum ☌ 0 ♌ 10 ♏ 23,
¶ Latitudo Lunæ Minutorum 55 fuit.

Planum modo velut antea paretur, vbi lineæ orthogonales sese in puncto A diuidentes, pingantur. Latitudinis Argumentum Signi nullius cum sit, punctum C ex figura quæ vocatur dispositorium, transferatur huc, lineaq; A C G quæ superius a B dextrorsum vergit, producatur. Hinc Solis Argumentum a limbo semidiametrorum extimo cuxratur, eidemq; filum, quod in circulo varitatæ vmbræ, secunda 42 amputat, ea quæ sorsum reseruanda erunt, superimponatur. Per Lunæ postea argumentum verum idem ducatur filum limbo in extimo, quo perseuerante immoto, circinus ex centro A tendatur in B, & sic extensus Lunæ semidiameter dicatur. Extensione illa sepolita, alter circinus in B fixus, vsq; in Q protendatur, quod quidem circinus [illegible] vallum, vmbræ semidiameter esset, nisi adhuc varitatẽ vmbram 42 ♑ prius collecta ostenderent, ea propter Q R linea in 60 ♑ scindi, & 42 ♑ versus R, a Q ordienti, circinus applicati, debent. Ille siquidem circinus vera semidiameter vmbræ voabitur. Ea cum circini intercapedine post hac ex centro A plani tui circulus delineatus vmbram terræ, eam quæ transeuntis Lunæ tempore huiusce oppositionis momento fit, declarabit. Argamentum quoq; latitudinis videatur in dispositorio dicto sic. Circinus in A fixus, Argumentum vsq; latitudinis porrigatur, interstitium circini [illegible] ro inferatur, ita. Pedum vnus in A lineæ A C figatur, secundusq; cũ M litera notetur. Postea circinus semidiametro Lunari conuenienter deductus, resummatur, cuius pes, alter in M sistatur, cumq; altero circulus M P, qui corpus Lunæ repræsentat, circum scribatur, quo facto patet, quemadmodum Luna ab vmbra velut [illegible]. Circinus insuper in O fixus, punctum versus C figatur cum L litera notandũ. Ex M vero deinde perpendicularis surgat, vt linea longiuscula. Circinus pede firmato in A vno, cum alio adusq; L prodeat. Distantia illa circulum vtraq; ex parte scindentem lineam perpendicularem in punctis K & M, describat. Circum puncta K & N Lunæ quoq; magnitudo sicut factum est iuxta M punctum exprimatur. Hys enim peractis ob oculos patet, qualis sit Lunæ per vmbram traiectus. Quot punctorum vero sit obumbratio noscetur diuisa M P linea 60 in partes, hoc enim facto, quot inter P & O portiones contineantur, palã erit. ¶ Hoc in plano cui nomen Dispositorio fecimus, eo quod circini operam præparet & disponat, idoneamq; defectibus luminarium plene exequendis, reddat, lineas quasdam parallelas deduximus, ideo vt videas quomodo Luna varie vmbram permeet. Tametsi autem puncta M & K longius, M N vero vicinus quiddam ab ecliptica separari desiderent, ita vt obliquum cum C M A lineam constituant, grauioris tamen negotij foret, quam vt huic loco conueniret hoc præstare, Cæterum in sequentibus idem cumulatius perfectiusq; suo in loco, quem simulac magis idoneum fuerimus nacti, præstabitur.

Regij

CAESAREVM REGII DEFECTVS COLOR.

Regij defectus' colorem bifariam velut ante Cæsaris condisces, semelhuncin modũ. Luna quæ obtinuit latitudinẽ minutorũ 55 cũ huis primã ingrederis tabulam, iuxtaq; eadẽ 55 minuta colorẽ Gisseum vna cũ albedine signatũ, eclipsis colorẽ esse affirmas, Sed distantia quoq; Lunæ a terra consideranda est hic, quanto enim vicinior telluti Luna est tanto apparet atrior obscuriorq;, id quod in augis opposito existenti accidit, sicut in auge epicicli vera existens, remotissima a terra dicitur. Quocirca Argumentũ Lunare perspiciendũ, Signorũ ♌ 15 ♏ 33, quod in secũda tabula requisitum colorẽ nigrũ viridemq; significat. Has ergo duas colorũ species miscenti tibi promptum animaduertere est, quæ nam mixtura superfit, cuius deliquiũ presens extiterit. Sic ergo omnib⁹ ages deliquiorũ inueniendis coloribus.

PRIMA TABVLA de Colore eclipsium.

MINVTA LATITVDINIS LVNAE

0–6	Nigerrima.
6–14	Nigra habens in seviredinem.
14–22	Nigra cum Rubedine.
22–30	Nigra cum pallore.
30–42	Pallida grisea.
42–54	Grisea cum albedine.
54–60	

SECVNDA TABVLA de Colore eclipsium.

SIGNA ET GRADVS ARGVMENTI VERI LVNAE.

0 Signũ	0–10	Ruffa
	10–20	
1 Signa	20–30	Grisea cum albedine
	0–10	
	10–20	
2 Signa	20–30	Grisea
	0–10	
	10–20	
3 Signa	20–30	Nigra cum pallore
	0–10	
	10–20	
4 Signa	20–30	Nigra cum rubedine
	0–10	
	10–20	
5 Signa	20–30	Nigra cum viredine
	0–10	
	10–20	
6 Signa	20–30	Nigerrima
	0–10	
	10–20	
7 Signa	20–30	Nigra cum viredine
	0–10	
	10–20	
8 Signa	20–30	Nigra cum rubedine
	0–10	
	10–20	
9 Signa	20–30	Nigra cum pallore
	0–10	
	10–20	
10 Signa	20–30	Grisea
	0–10	
	10–20	
11 Signa	20–30	Grisea cum albedine
	0–10	
	10–20	
12 Signa	20–30	Ruffa



FIGVRA ECLEIPSIS PLANA
coronationis Caroli.

Videor itaq; michi iam satis superq; vniuersas eclipsium rationes declarasse, adeo, vt nullam non quilibet per se qualicunq; tandem sit forma statim agnoscere, in planoq; depingere ob oculos queat. Verum adhuc amplius nequid summæ fidei deesse quis dicere possit, coronidem, vt dicitur, siue appendicē adhuc adiicere aliquam volumus. Annum coronationis (quæ Bononiæ Italiæ vrbe, dubium, an potentia, an ominigena doctrinarum copia præcellens fa est) nūnq; non memorabilem CAROLI Imperatorum Quinti, annum scz 1530. Hunc per instrumenti mihi, apparebat 6 Octobris die defectus Lunæ [illegible] opposi tionis momentum. Hora 12 [illegible] Ingolstadiensi quadrans, Bononiensi autem, ad- [illegible] (quoniam orientaliot tot minutis Bononia est Ingolstadio [illegible]. Tempore oppositionis veræ diebus non æqua [illegible] motus insuper eclipsi habendæ necessarii quæsiti sunt, [illegible]. Verus locus ☽ 22 ♉ 44 ♏ ☊. Verus locus ☊ [illegible]. Argumentum Lunæ verum ♑ 4 ♉ 15 ♏ 39. [illegible] ☉ ♑ 3 ♉ 27 ♏ 38. Planum ad hæc, seu Papiseu ligneum malis, præponens, orthogonales duas in centro coeuntes, erigo. Argumentum latitudinis principiò videS & graduum aliquot, iccirco à puncto T, vt dictum est, lineam rectā M A T vocatā duco. In instrumēto semidiametrali, Solis Argumentum, quod est, ♑ 3 ♉ 27 ♏ 38 cum filo signanti circulus circulus vmbræ varietatæ 40 ♑ ostendit reseruanda. Filum deinceps Argumento Lunæ vero, Signis 4 ♉ 15 ♏ 39 superstēsum intercipit circulum areę nigrantis, internum in puncto M, externum in O, Accipienti iam distantiam M à centro instrumenti, vera quantitas semidiametri Lunaris exhibetur. Interuallum vero inter M & O semidiametros vmbræ, quo tempore Luna transit, dicetur, excepto quod 40 ♑ prius habita, subtrahere oporteat ab O versus N eunti, id quod euenit in puncto L. Intercapedo illa circini iam in plano circulum faciat, qui vmbræ quantitas cum sit, literis O S R Q inscribatur. Post hæc Argumentitalitudinalis distantia sumpto è dispositorio dicto, in plano quoq; ab A centro incipienti extensa, cum litera M notetur. Corporis Lunæ, semidiametrum quæ refert, dimēsio resumpta, circulum, A per M puncto designet, illa enim circulus veram Lunæ quantitatem, Lunæ inquam sub vmbra contentæ, verē ostendit. Eandem igitur semidiametrum Lunæ ab R versus T, fini L literam apponens, extende. Ex centro vero A per idem L punctum circulus fiat. Perpendicularis itidem è puncto M erigatur, ita, vt circulus ille iam ductus ex A centro perpendicularem in punctis R & N contrectet. Ex eisdem punctis R & N circuli Lunæ quātitatem repræsentantes, describantur, vnde manifestum fit, quando Luna ab N ad M, & ab M vsq; in K promoueat, & remotius quiddam in fine quam in principio ab ecliptica distet. Hic vsu cum veniat, vmbram latissime corpus Lunæ obtegere, dictum vero prius sit, 12 ecliptices saltem esse puncta, idem repetere in præsentia cogimur. Res autem ita se habet. Quoties videtur vmbra 12 Lunæ sectiones excedere, metienda est, quot punctis excessus fiat, proportione Lunaris dimensio seruata. Cum autem præsens figura vmbram 6 partibus superare Lunam doceat, 12 punctorum defectus fieri censendus est. Hoc autem sic intelligitur, non ☾ Luna tot punctis constet, sed si tot constaret, eam obnigrari ab vmbra posse, quæ res in præsenti figura ob oculos ponitur.

Quis ita intelligat

FIGVRA EXEMPLARIS SEQVITVR





Cuncta quæ hactenus fuere de obscurationibus Lunæ prodita, diuerso à præcedentibus, succinctiori tamen expeditioriq; opere exequi.

IN prioribus ostensum est, quomodo Lunarium defectuum puncta circuli ope inueniri queant. Illic enim vmbra terræ in plano, corpusq; Lunare super eadem exaratum, puncta oculis manifeste quotquot eclipsis circumscribitur, sese exposuerunt. Hic autem in præsenti instrumento quinq; simul citra circini opus omnia, solius dumtaxat vnionis vsu adhibito, consequi facilius, promptiusq; dictu licet. Quorum primum est id, quod iam dixim⁹, ecclialia id est, partes obscurationum duodecimas ueri. Secundum, quamdiu Luna sic obscurata per- quot horas, quot minuta, seu horum alterutrum od alij moram appellant, versetur. Tertium quot horum spacium inter eclipsis principium finemq; eius salem (si modo vniuersalis sit) siue ad medium vsq; inter artum in quotnam gradibus & minutis, portionē hanc, s durtio dimidia vocatur (quam videlicet tempus casus, a loquuntur Astronomi, & moræ dimidiæ coniunctio, con- at) peragat. Quintum est, via vel transitus, id est, linea illa, n traiectu suo per tenebras Luna efficit, eandem enim præsens uoq; instrumentum multo consummatiorem, quam præcedens ostē det. ¶Hoc itaq; organo fruiturus, vere iam enumerata quinq;, si ne dubio deprehensurus qui est, agat primum omnium, vt tempus veræ oppositionis, Solis & Lunæ gradum, Solis Lunæq; Argumē ta, Lunæ nouissimè latitudinem, stata, vt sic loquar, omnia, id est, certis temporibus constituta, colligat. Hæc enim præter, in præsens nullo opus fore sibi crediderit. Quanq; meo quidem iudicio proxi maior adhuc via sit illa, vt per instrumentum draconibus variegatū, primo de eclipsis euentu, quæ possibilitas aliàs dicitur, periculum fiat, eodem qui præcedit die, & illo qui sequitur, pariter examinatis, vetis enim vtrorumq; dierum locis, meridianis scz cognitis, loeis inquam Solis & Lunæ, neminem suspicor puto, quas intra meridies oppositio proposita esse insinuet. Hac re ad vnguem sic animaduersa, motus deinde Luminarium diurnos meridiebus abvtrisq; sumptos colligę, per motus diurnos postea horam oppositionis veræ enunciati 26 aurilio, vel alia, qua doctus es ratione, venare. Hora veræ oppositionis agnita, Solis Lunæq; loca certa per Signa, gradus & minuta inquire, Argumentum q; verum Lunare ex eisdem una cum latitudine Lunari, Solis itidem Argumentum verum lustra. His collectis, nihil in vniuersum operaturo defuerit, tametsi nihil Solari Lunariq; loco, hic opus sit, præter Argumenta Solis & Lunæ, Latitudinemq; eiusdem considerata. Argumentis Lunæ & Solis habitis, latitudineq; eiusdem, mox in superiori limbo à B versus C Signa, gradus & minuta Argumenti Solaris, si minus est 6 Signis, si vero maius, in interiori limbo à C versus B inquire, Argumenti Solaris loco inuento filum impone, immobileq; sic retine. Post hæc Signa gradusq; Argumenti Lunaris in lineis F G vel D E venare. Filum mox ex puncto S vnà cum margarita super Argumenti Lunaris locum in linea F G vel D E rectifica, circunducens eundē, quoad margarita Solaris Argumenti filum tangat, tactum illum cum altera margarita, in filo A pendente signato, inuariataq; margari, tam A custodi.

¶Iam, an Luna obscurata sit, & per quot puncta obumbratio fiat si scire laboras, age filum A super minuta latitudinis arcus H I, & margarita in H I N O area indicat quot punctis & minutis Lunæ obscuratio fiat, Margarita si Ateam nigram illabitur, vniuersalis defectus prædici potest, sicut etiā tanto vniuersali maior, quanto profundius in fidet.

Secundus vsus ¶Minuta insuper Latitudinis dicta, in arcu I K cum filo A nota, quod dum fit, horas minutaq; dimidiæ Lunaris moræ in area I K O P margarita ostendit.

Tertius vsus ¶Filum deinde vbi est latitudini Lunæ superpositum in arcu K L tum in area K L P Q minuta ab vnione secta, si qua horam vltra sunt elapsa, vel minuta tantum, totalem vsq; ad obscurationem, si modo totalis fiat, apparent. Verum si non totalis sit, interim tamen ab initio medium vsq; eclipsis, eadem cum minutis, vel minuta tantū (quę ambo, vt vocant, tempus casus sunt) ostenduntur.

Quartus vsus, ¶Margarita si incidit aream K P T V, tunc tempus casus horæ vnius minutorumq; aliquot semper videtur. Quod si margarita lineam vltra T V, versus L Q porrigitur, tunc minuta tantummodo per Ziffras signata, indicat.

Quintus vsus ¶Motus Lunæ tempore dimidiæ durationis sic cognoscitur Latitudinis minuta in arcu L M perquiruntur, quæsitis filum superponitur, quo superposito margarita in area L M Q R minuta motus Lunæ quotcunq; à principio defectus vsq; ad medium eiusdem peregerit (dimidia autem duratio tempus hoc dicitur) manifestissimè oculis exponit. Illud iam in genere propositum omne, specialius exempla elucidabunt. ¶Repetitum est identidem hactenus, Diuum CAROLVM anno 3500 genitum esse, visus insuper eiusdem anni dies 5 Nonembris defectus possibilitatem in se comcti, quæ res tametsi satis superq; manifestata sit, adhuc tamen enucleatius eandem repetemus. Antea demonstrata est ratio duplex, per quam & horæ & minuta oppositionis cuiuslibet haberi poterāt, Vna quæ ex motu diurno, eo tamen duplici, id est, duorum dierum id præstitit. Altera per instrumentum coniunctionibus oppositionibusq; deputatum, suo in loco & enuntiato idem perdocuit. Præterea latitudo Lunæ inuenienda ceu sit, non modo oppositionis, verum etiā omni tempore, loco Lunæ vero, capitisq; draconis præhabito, doctus es. Hoc vero in loco adhuc opus est Solis & Lunæ Argumentis ad, vnguem æquatis, & latitudine lunari, quæ tria si habeas, omnia te habere scias, quibus cū si cętera absolueris eiusmodi ordine sunt obuentura.

¶Tempus oppositionis, Dies 5 Horæ 13 ♏ 52 Nouembris tempore æquato.

¶Locus ☉ verus, 23 gradus 22 ♏ ♏
¶Locus ☽ Verus, 23 gradus 22 ♏ ♉
¶Argumentum ☉, ♑ 4 ♌ 23 ♏ 29
¶Argumentum ☽ Verum, ♑ 9 gra: 22 ♏ 59
¶Argumentum latitudinis ☽, ♑ 11 ♌ 24 ♏ 39
¶Verus locus ☊, ♑ 1 ♌ 28 ♏ 41
¶Latitudo ☽ Minuta 29.

Argumento Solari, Lunariq;, similiter latitudine Lunæ perspectis iamq; ad manum paratis, instrumentum sequens accede, & Argumē tum primo Lunare verum, quod est, Signorum 9 ♌ 22 ♏ 59 in linea D E, suspensorio Armille contiguo, quærito, inuento filum S, quod vicinum litera A est, superintende, & margaritam Argumento Lunæ iam enumerato applica, Alterum deinde filum ex A puncto demissum, Argumento Solari, ♑ 4 ♌ 23 ♏ 29 in arcu B C superpone, quod sic immotum sinistra retineat, dextra vero filum S circunducito paululum, & videbis illud in C puncto, filum A dirimere, quem in locum margarita fili A ponitur, & sic margaritam pro vsu rexeris. Post hæc in arcu H I Lunari latitudinis minuta, quæ sunt 29 numera, numeratis filum A superpone quod superpositum in area N H I O puncta 10 in quot Luna obscuratur (cuius autem totius corporis Lunæ partes sunt) ostendit, idem vero punctus, cum C quoq; litera notus est. Tempus Lunæ tenebris inclusæ, quod moram dicunt, hoc in loco querendum non est, cum puncta 12 vnio nondum plenè assequatur. Esto autem, vt quis per obliuionem moræ tempus venetur, superq; 29 minuta in arcu I K filum extendat, nullum tamen tempus moræ occurret, margarita extra lineam tempus hocce significantem lata, cuiusmodi quidpiam hoc loci C punctus refert in linea K P scriptus, planè enim iā vacat, nec vllam moram, vt ob oculos est, indicat. ¶Filo autem 29 minutis in arcu K L inducto, vnio horam 1 minuta 35 ostendit, id quod tempus casus (& quia defectus hic mora caret) dimidia etiā duratio vocatur. Quoties autem margarita aream K P T V incidit, sciendum est perpetuo vnam horam addendam minutis, quæ hora subinde cum Ziffra 1 additur. ¶Postremo filum quoq; in arcu L M 29 minutis infer, & margaritam 49 minuta, eadem cum C coram notata, videbis abscindere, tempus scz quod à principio vsq; ad medium delīquij Lunæ perfecerit. Iam si durationem mediam eclipsis, medio surripis, principium defectus, hora 12 ♏ 37 relinquitur. Quod si totidem, id est, dimidiam durationem, principio defect⁹ adieceris, finem eiusdem, qui est, 15 horæ 27 ♏ habueris, Hoc igitur modo, omnia in defectu cognoscenda quæ sunt, consummatissimè noueris.

Exemplū Regis FERDINANDI

¶Exemplū aliud. Eclipsis illa quæ sub tēpus, quo FERDINANDVS Rex dimidiam in vtero moram ferè transegerat, accidit anno 1502, die Octobris 15, hora 12 ♏ 11 post meridiem, Ingolstadiensi horologio quadrans, meridiano autem Medinensi conuens, ad horam, 10 ♏ 23, medio scz euentus tempore intelligendo, hæc visa est. Locus hic Lunæ verus erat 1 gra: 12 ♏ ♉. Locus ☉ gra: 1 mi: 32 ♎. Argumentum ☉ ♑ 4 gra 2 mi: 12. Argumentum ☽ verum Sig: 6 gra: 15 mi: 33. Verus locus ☊ Sig 0 gra: 23 mi: 39 Argumentū latitudinis ☽ Sig. 0 gra. 10 mi: 23. Latitudo ☽ mi: 55 Septentrionalis, Hæc vbi collegeris, principio Solis Argumentum in arcu B C, Lunæ vero in linea D E lustra, secundum hæc enim duo, vnio ordinatus punctui R innitetur. Nunc cum filo & margarita si, vt prius demonstratū est, agas, singula cum litera R signata sese, huiusmodi vt subscribuntur, tam in horis quām minutis, expressa offerent.

¶Puncta eclīptica 3 quasi,
¶Mora media non est, quia partialis,
¶Tempus Casus minuta 56
¶Dimidia duratio, hora 1 minuta 52
¶Motus Lunæ tempore dimidiæ durationis mi: 34



ECLEIPSES CAROLI & FERDINANDI Cæsarum.

HOC etiam in loco Quo modo viam Lunæ depingas, aliter q̄ antea docere placet. Figuram defectiuam simulac corpus Lunare in plano describe[re] ntum lati ytes Lu- ideliçet e & me- ta defi- tem tem- iue ꝙ Ar- ua gra. & ius in dispo- quodā signa- acti huius à cen acceptum, vm- in A centro in- b M, quacunq; fi- ue ab illo cecident e tam lineam dextrorsum allelam, vbi duxeris, con- ngatum L N circulo, X li- ec enim centrum Lunaris cor- ri cii, quod defectus incipientis momen to fuit. Deinde motum ☽, quem duratio nis dimidiæ tempore habet, Argumento latitudinati defectus medii, iunge. Quo facto, latitudinis Argumentum finii defectuali congruens surget. Illud ipsum Argumentū in Dispositorio quoq; examina, eiusq; intercapedinem in lineam A M L, circini officio transpone, & eandem cum d puncto nota. Inde lineam rectam M K lineæ æquidistantem sinistrorsum trahe, intersectionem eiusdem cum circulo L K, cum V litera (centrum enim Lunæ est, quod fini defectus debetur) assigna. Iam circulos circa V & X si describis, circumlatione legittima, V vero & X litteras recta connectis linea, verissimum Lunæ per vmbram traiectum efficis. Puncta etiã illa duo c & d facilius hunc in modum consequēris, gradum quemcunq; vnum aliquem in dispositorio elige, in quo totidem minuta, quot in Lunæ motu dimidiæ durationis tempore sunt, numera, secundum tot minuta pedes circini extende. Circini deinde sic inuariati, pedem vnum in M fiste, alio duo vtrinq; puncta signa, quorū alterum cum c, alterum cum d nota, è quibus duobus pūctis ita præparatis, iuxta prius dicta, parallelæ ducendæ sunt &c.

Argu: lati: ☽ in Exemplo Imperatoris.

¶ In prin: eclipsius ♈ ♊ ☌ 24 mi: 10
¶ In Medio eclip: ♈ ♊ ☌ 24 mi: 39
¶ In fine eclipsis: ♈ ♊ ☌ 25 mi. 8
¶ Motus ☾ Lunæ minutorum 29

Argu: lati: ☽ in exemplo Regis.

¶ In princi: eclipsis ♈ 0 gr: 9 mi 12
¶ In Medio eclip. ♈ 0 gr. 30 mi. 23
¶ In fine eclipsis ♈ 0 gr: 33 mi. 32
¶ Motus ☾ Lunæ minutorum 55

Paradigma



PARADIGMA TERTIVM

PARADIGMA TERTIVM, Lunaris deliquii esto, Anno 1530 facti, quando Cæsarea CAROLO Corona Bononiæ imposita, Regia vero maiestas, FERDINANDO Aquisgrani delata est, Rhomani ambo Imperii insignia, fratribus his Imperatoribus dignissima: Hoc deliquium si nuper tradita ratione tractare maiis, & transitum Lunæ per tenebras, via nuper ostensa, dispicere, cęteraq; quę in defectu considerantur, adamussim cognoscere velis, hæc substripta tibi propone, qualia sunt.

¶ Argumentum Solis Sig: 3 gra. 27 mi: 38
¶ Argumentū ☽ Verū Sig: 4 gra. 35 mi. 39
¶ Latitudo Lunæ minutorum 14

Pro Solis igitur & Lunæ Argumentis, margaritam si direxeris, stamq; Lunæ recta linea, vt dictum est, iam expresseris, latitudinis Lunaris auxilio omnia hæc subiuncta reperies.

¶ Puncta ecliptica 36 mi. 36
¶ Moram mediam minutorum 44
¶ Tempus casus Ho: 3 mi: 8
¶ Dimidiam durationem Ho: 1 mi: 52
¶ Motum Lunæ minutorum 64

HVIVS ECLIPSIS

HANC

SVME IMAGIN.



ENVNCTIATVM VICESIMVM NONVM.

Historiarum ante & post Christi tempora lapsus, eclipsiū exemplis, qualia subiunguntur perfectè emendari posse.

QVo videas penitus quid nam eclipsiū cognitio, virtutis, præstātiæ, vtilitatisq; in se complectatur, aliquot ante Christum exempla, vnde certius quàm ex prioribus commodum conspici queat, adiungere coactus sum. Nemo igno-rat, rerum, historiarumq; traditores in enumerandis tum mundi, tum vrbis cō-ditæ annis, tantum non, vt dicitur, cœ-lo ipso excidere. Qui quidem errot quantum tenebratum, ignorantiæ, du-bij, confusionisq;, in omni alia historia vndiq; importet, doctorū esto iudicium. Inde enim ci, memorabilis saltem, lectorem christianum com-rbem conditam, aut præcesserit, aut non ita multo ipsis constare, nullo modo possint. Quod quidē im, sola eclipsium cognitio emendare, & in melius Per eclipses enim, omnia certos in annos reduci pos-præcedentes, non minus, quam sequentes. Historicus iemel tempus rei gestæ nactus, reliqua per se, tam an-elapsa gestorum spacia, colligere valet. Quæ omnia certimè patebunt. ¶Plutarchus in vita Alexandri ense Iunio, quando Athenis mysteria inchoarentur, Lu-cisse, anno eodem, quo Alexander Darium Persarum re-cit. Factum ideſſe testatur Eusebius septimo regnantis Da-no. Verum hic dubitatur, quo anno regnum cæperit. Euse-is ait anno mundi 4873 Darium debellatū, quare si 4873 dem pseris à 5199 (totenim annos Eusebius à condito Orbe ad Chri-stum numerat) tum 328 relinquuntur. Vnde totidem annis Chri-stum præcedētibus, Darius ab Alexandro vinci debuit Eusebio. Ve-rum id secus multo esse deprehenditur. Esto autē Eusebius, vel Chro nographorum alius quiscunq; sit, 328 integris annis, vel retrolapsus, vel 32 anteuectus à vero deuiet, in Darij obitu, (hoc adiecto vno, quod sub Darij mortem anni eiusdem luna defectum mense Iunio passa sit) nunq; vel vno die errare ego quidem potero, sicut ex sequen tibus abundè satis constaturum confido. Eusebianum vero in præ-sentia annum, scz 328 intuenti, nulla prorsum eclipsis euenire in Iu nio, imò compluribus annis, neq; prioribus, neq; posterioribus vllū in-cidisse defectū in Iunij cognoscis. Verū anno quidē ante Christū 326 currente & incompleto accidisse Lunaris obscuratio, die vez 28 Iu nij palam fit. Eandem igitur, quā Eusebius 328 ante Christū anno contigisse asserat, constat eundem duobus annis integris à vetitate declinare. Quam rem qui planè assequi velit, sic aget melius. ¶Cen tenarius maior annorum 400 est, Radix coniunctionis Ianuarij ☉ & ☽ est, dierum 6, ho: 1, ′ 40. Radix præterea ♂ ☽ & ☊ dies 19, hor. 20, ′ 35 habet. Quæ vbi quis operaturus colle-gerit, & indices X & Z disposuerit, cumq; his annos perlustraue rit, nullam defectus opportunitatem, præterquàm in anno prædicto 326, vbi draconis Caput, vna cū ☉ & ☾ ♂ 28 Iunij diem mon strat, reperiet. Sed hoc, si ostensores secundū annos reliquos, scz 75 vltra 400 instituti fuerint, vsuuenire solet. Oppositionē veræ oppo-sitionis lustranti, videntur inter mediam & veram oppositionem ho-ræ 33 ′ 25 subtrahenda. Quibus subtractis, oppositio vera in 28 Iunii diem, horam 8, ′ 39 incidere, iuxta caudam draconis conspicitur. Reliqua nūc ad indagandā eclipsim sunt necessaria hæc.

¶Argumentum Latitudinis, quod est ♑ 6 ♉ 7 ♍ 20
¶Lunæ Latitudo ♍ 38 ♎ 35
¶Capitis Draconis motus ♑ 2 ♉ 23 ♍ 56
¶Argumentum Lunæ, verum ♑ 8 ♉ 27 ♍ 22
¶Verus locus ☉ ♉ 3 ♍ 36 ♋
¶Verus Lunæ locus ♉ 3 ♍ 36 ♑
¶Aux ☉ Signorum 2 gra 6 ♍ 20
¶Argumentum Solis ♑ 0 ♉ 25 ♍ 53
¶Vmbræ variatio ♐ 3 cum dimidio,

Ex huis omnibus eclipsim illam colligis, quæ infra depicta est. Ae-la tamen Ingolstadiensibus apparuit hora 8 ♍ 39 post meridiem, quam qui meridiano vrbis Affiriæ Gangamelis, vbi Darius superā-tus est, conferre velit, horas 3 ♍ 32 in tabula regionum iuxta vr-bis nomen reperta addat, & hocideo, quia ortui incumbit, tot horis & minutis supra Ingolstadium. Tribus autem horis & 32 minutis Ingolstadio adiectis, hor: 11 ♍ 51, tempus quo Gangameli deli-quium hoc visum est, prodibunt. Quod si iuxta enunctiati præscri-tis doctrinam necessaria defectus quælibet perquisieris, Lunæq; transitum decenter assignaueris, subornata huiusmodi omnia depte-hendes, vt sunt.

¶Principiū Eclipsis Dies 28 hor. 10 ♍ 26 ¶Puncta 7 ♍ 35
¶Mediū eclipsis Dies 28 hor. 11 ♍ 51 ¶Tēp' Casus ho: 1 ♍ 25
¶Finis Eclipsis Dies 28 hor: 12 ♍ 30 ¶Motus Lunæ ♍ 44



Eusebius ab Alexandro debellatus secundo Alfonsium.

VErum quod in superioribus dixerim, eclipsim nullam in Iunio reperiri, nisi 32 post Eusebium anno, illud sic iudi ces volo. Duodecimo post bellū Per sicum anno, Eusebio authore, Christi tempora versus, Lunæ quidem deli-quium punctorum 6 vigintiq; minu-torum, 28 Iunij, hora 11 ′ 32, post meridiem accidisse. Alfonsum ve ro eundem annum Darij superati ab Alexandro terminum in suis etis sta-tuisse, id quod liquet, vel hoc Argumē to, quod ab Alexandri obitu ad Christum annos 333 & 93 dies elapsos asserat. Alexander autem, quoniam 5 ante mortem suam anno, sicut historiæ vnanimiter assentiunt, Darium deuicit, quinq; 331 connumeranti, 326 redundant. Totidem ergo annis Christo prioribus & completis, iuxta Alfonsum, Darius ab Alexandro de-bellatus est. Sed duodecim anni hij, sunt sequentes & Christo pro pinquiores, illoq; quem Eusebius statuit computo posteriores. No-tem autem annis ad Christum Alfonsus magis ac ego accedit. Sed quæso cui nam horum potius fidas? Alfonso ne? verum hic suæ computationis rationem nullibi manifestam producit. Eusebio ne? qui historias tam accurata sequela connectit, vt incredibile sit eum posse tot annis, nimirum 32 falli, tribus tamen annis idem Euse-bius quoq; excidit, quos per incuriam omissos, vt veri simile est, ego dubio procul omni rectè cognoui. Proxima enim eclipsis est no-stra Eusebio, cum historiæ testentur, Darium eclipsis tempore in lu nio deuictum. Quamuis autem Eusebius computator accuratiſſi-mus extiterit, nihilominus tamen ab anno vero lapsus est, cum neq; illo quem Darij capti annum autumat, neq; in duobus sequentibus sed tertio, quem nos cognouimus, deliquium in Iunio eueniat. Sed esto videar Eusebium his velle ab erroribus vindicare curiosius, Al-fonso tamen nihil quidquàm detractum per ea, quis putet, propte rea quod sui computi rationem nusquàm alleget. Illud siquidem à nullo vnquàm exactum iri præuidit, satis tutum ratus, si in hoc Ptolomeum sibi ducem præstitueret, eundem quoq; rationes suas ab Alexandri Magni obitu numerantem. Mos enim genti-bus fuit regum suorum tempora iam defunctorum obseruare, non aliter aliter, quàm nos à Saluatore Christo nato annos metimur. Sub-inde enim 463 annos post Alexandri mortem in suarum vsq; ob-seruationum tempora, quæ post Saluatoris nostri natiuitatem 352 anno eęperant, Ptolomeus tertia magnæ suæ constructionis dictio ne numerare videtur. Vnde satis clarum est, Alfonsum paritet à morte Alexandri, quæ 331 ante Christum memorata est, rationes suas vna cum Ptolomæo deduxisse. Ptolomæum vero si hoc in lo-co imitari volumus, sicut certe velle debemus, cuius citra dubium supputatio vera est, tanq; illius, qui ob certitudinem anni (quia non ita longo tempore post Alexandrum vixit) & propter obseruatio-nis diligentiam, (in hanc enim temporis fontem fuit originem cæ-tera omnia tempora direxit) falli neutiq; potuerit. Hunc inquam, si imitari volumus, quid ni Alfonsus quoq; sequendus est? Sed quid agas tertio post Eusebium anno? in quo pariter eclipsis nulla ex parte, prioti sub Alfonsi tpora factæ, dissimilis Eiusdē enim est magnitudinis omnino, (quemadmod sequens figura ostendit) cuius illa, quæ Alfonsi ap non eodem tempore contingens est. Verum rem dicare longius desino, cum instituti præsentis p plenum emendare, sed viam tantummodo alia-re dum, indicare, & præstruere. Olim, si Deus vi storias ex integro tertactaturi, eclipsium quarum ti sumus, vbi & hanc, & alias iterabimus. Ad p reuertamur.

Supputatio huius Eclipsis.

¶Anno cur: ante Christum 337 bissexti.
¶Dies 28 Iunij hor: 11 ′ 30 in merid: Ga-
¶Motus ☽ 45 ′ 20 ♐
¶Tempus Casus hora 1 ′ 23.
¶Puncta eclíptica 6 ′ 20.
¶Verus locus ☉ ♉ 22 ′ 33 ♊ ☽ inc.
¶Argumentum ☉ ♑ 0 ♉ 16 ′ 33.
¶Argumentum ☽ Verum ♑ 8 ♉ 32 ′ 20.
¶Argumentum lati: ☽ ♑ 33 ♉ 22 ′ 7.
¶Latitudo ☽ mi: 43 ♐ 27.

Enunciatis



ENVNCTIATVM TRICESIMVM.

Historicos errores per obscuratæ Lunæ paradigma aliud, Christi tempora præcedens videlicet, euidentius adhuc diiudicare.



Iuius libro quarto Decadis quintæ scribit, Caium Sulpitium Gallum exercitui Lucii Aemilii Pauli, quando Perseum Macedoniæ regem vltimum in Samothratia debellauit, captiuumq; Rhomam duxit, Lunæ eclipsim prædixisse futuram, ne sꝛ ob eam rem militibus terror incuteretur, cum adhuc nondum notæ essent eclipsium Lunariũ causæ vulgo, Solem enim deficere iã olim nihil miraculi afferebat, sicut author est Plutarchus in vita Nitiæ sed nõ

arum autem ea nocte, quã pridie Nonas Septem

illum prædixisse, Liuius asserit, id quod nequaq̃

as discere licebit. Cõtingit autẽ non ea nocte quã

a tertio Nonas dies dicta sequuta est (ac si dicas, ea

eclipsim, quæ præcessit diem Lunæ, non ea, quæ diem

ait) Impossibile enim est Liuii tempus potuisse eclipsim

ut aliud præter hoc nostrum, esse posse. Et hoc ideo, cũ

as decem & nouem annis, neq; prius neq; posterius, eclip-

æ vlla in hunc diem incidisse visa sit. Plinius quoq; memi-

dem deliquii, libro naturalis historiæ secundo, capite 32 sed

odiuersius, vt qui diem non absolutè expresserit. Annum itaq;

diem istius defectus præsagiturus, obserua primum, quo anno Perseus vixerit. Ille autem iuxta Eusebium, anno 5024 creati mũdi Macedoniæ præfectus est, Olimpiadis 151 anno tertio, qui numerus secundum hunc 175 annorum ante Christum natum foret. At quando Perses Imperium decennale obtinuit, palam est illum à Lucio Paulo deuictum esse, anno ante Christum 167. Verum nec illud qui dem sic se habet. Quin iuxta eclipsis euentum, anno 172 curren te Christo priore, captus Perseus inuenitur. Illud quod accipies hoc modo. Si à Christi ortu retro numeratis 173 annos integros, plenosq;

nosq; (annum autem natiuitatis connumerare oportet) & præterea, Decembrem, Nouembrem, Octobrem menses, vsq; ad Septembris tertium diem retrorsum abiens adieceris, tum annum verum exitus Perſei tenebis. Huiusmodi autem temporis ratiotinatio, minime gentium responsura hiis est, qui annales historiarum successus ostendere nituntur, dum in vrbe condita, non parum, vt dixi, dissentiunt. Presens exemplum intellecturi, annum principiõ 167, in quo Perseus cecidit, secundum Eusebium proponamus. Ille enim sit nec ne verus, hac ratione non fugiet nos. A centenario maiore 200 subducimus 167, & relinquuntur 33. Radicem nunc ♂ ☉ & ☽ ad annum 200, quæ est dierum 14 horarum 38 minutorum 2. Radicem itidem coniunctionis ☊ & ☽, quæ habet dies 7 Horas 10 mi: 50 inspicimus. Indices X & Z in instrumento draconũ super eadem radices deducimus. Similiter V & Y annuatim, donec oppositio aliqua in Capite vel Cauda eueniens occurrat, promouemus. Illud autem in secundo tertio vel quarto Septembris diebus contingere debet. Neq; vero annus, ita agentibus nobis, præter 29 post hunc alius quisquam obuenit, qui horum dierum aliquẽ eclipticum habeat. Viginti nouem ergo annis ab 200 sublatis, 171 restant, quibus si menses reliquos, vsq; ad tertium diem Septembris retro euntes adiicimus, verum eclipsis annum pronũctiamus. Quinimo, si 20 aut 30 Annos, vltra citraq; examines studiosissimè, nunquam tamen Lunæ defectum eundem ad diem fieri reperias. Ad diem dico signatè, noctem etiam includens. Luna namq; vt dictum est, interdiu defectum pati non dicitur. Post radicem ergo annorum 200, oppositionem mediam anni 29 quærens in Septembri, dies duos horas 17 mi: 6 offendis. Inter veram & mediam oppositionem, horas 4 mi: 25 subtrahenda vides, illisq; subtractis, horas 32 mi 43, tempus veræ oppositionis remanere cernis. Reliqua ad eclipsim quæ desiderantur, hæc sunt.

¶Locus ☽ verus	Sig: 11	gra. 6	Mi. 38.
¶Locus ☊ vetus	Sig: 11	gra. 11	Mi. 49
¶Argumentum ☉	Sig: 3	gra. 0	Mi. 33
¶Argumentũ lati. ☽	Sig: 11	gra. 24	Mi. 50
¶Aux ☉	Sig. 2	gra. 8	Mi. 30
¶Argumentũ ☽ Medium	Sig: 6	gra. 4	Mi. 13
¶Argumentũ ☽ Verum	Sig: 6	gra. 3	Mi. 28
¶Latitudo ☽	Mi. 27	Meridion:	ascen.
¶Variatio vmbræ	Ƶ 26		

Perseus fuit, Eusebium re putat anno ante Christũ 167.

Ex hiis



Ex hiis deliquium inuestiganti, ceu præceptum est, eisdem qua infra subscribitur forma se offert, quæ repræsentat.

¶Puncta 32 ♓ 30.
¶Dimidiam quoq; Moram ♓ 36.
¶Tempus casus horam 1 ♓ 28.
¶Motum ☽ dimidiæ durationis tempore ♓ 63
¶Dimidiam durationem Hor: 1 ♓ 44.
¶Principium eclipsis Hor: 30 ♓ 57 post meri:
¶Medium Eclipsis Hor: 32 ♓ 41.
¶Finem eclipsis Hor. 2 ♓ 25 post medium noctis.

Tempus veræ oppositiõis postremo, Macedonicum ad meridianũ (Perseo sc̃ in eodem debellato) referendum foret, nisi in Samothratia idem captus esset, quapropter Samathracico meridiano vtiq; maluimus. Ex regionum itaq; tabula, horam 1 ♓ 32 reperta, veræ oppositionis tempori Ingolstadiano addentibus, Horæ 34 ♓ 33 pomeridiana, quæ fuerunt medium eclipsis tempus Samothratię, prodibunt. Ex hijs vtiq; liquet, sex annis Eusebium in asserenda Persei captiuitate / & Macedonici Imperij fine, tardiorem esse. Quod vero Liuius dicit eclipsim hanc conspectam à secunda noctis hora, quartam vsq; esse, putandum est, non ita exacte numeratas, hoc in loco horas à solis occasu incipienti Liuio, sed à crepusculo verius, sicuti ferè fit penes vulgum, cuius opinionem fortasse imitatus est, & præsertim milites, quorum obseruatio potior in cæde quam cœlo, mens intentior pilo quàm polo, contemplatioq; absolutior in arcis quàm asstis posita est. Quo circa, quod negligentia militari cõmissum hic esse reor, nihil nos moueat penitus, sed potius horam 32, qualis certe fuit, cum minutis 29, pro deliquii principio de summamus.

Eusebii error circa finem Macedonici Imperii refutatur.

Quomodo Liuius intelligendus de horis solis.

Perseus cecidit anno ante Christũ 168.

HISTORIAE DEPRAVATAE EXEMPLVM adhuc aliud è Plutarcho sumptum,



PLVTARCHVS IN VITA Niciæ ducis Athenienſium tradit, Niciam iam à Syracusanis, quos aliquandiu oppugnarat, quodamodo circunuẽtum, noctu cum suis abitum destinasse, nimirum 13 antequàm caperetur die vna cum Demosthene, sicut ex historia colligere est. Verum hic forte fortuna eadem nocte Lunam deficere contigisse, indeq; vehementius adeo Niciam omnesq; milites turbatos, cum propter causæ ignorantiã, grande aliquod malum sibi portendi verentur. Anaxagoras enim tunc temporis primum cæperat de Lunæ motibus vera tradere, quæ vulgo adhuc ignota erant &c̃. Sed hæc Lunæ obscuratio, quonam tempore euenerit, inquirendum testat, hoc enim est quod instituimus. Eusebius in cronicis suis bellum hoc gestum esse scribit anno mundi 4782, hic numerus annum ante Christi incarnationẽ 417 fuisse demonstrat, siue olimpiadis 90 mæ, annum secundum, quod nequaq̃ se ita habere, res ipsa ostendet, verum anno post hunc tertio, 434 sc̃z ante Christum labente nec dum plenõ, die Septembris 8, quando non ita multo post occasum Luna per quartam sui partem, id est, ad puncta tria obumbrata est, mox post ortum suum. Annus Eusebii defectum nullum continet, neq; etiam posteriores aliquot, neq; priores illo, adeo, vt alius præter hunc nostrũ esse nullus queat. Meminit præterea Plutarchus Niciæ paulopost à Syracusanis iuxta fluuium Assinarum capti, his verbis. Erat dies 24 tus mensis, quem illi Carnium, Athenienses μεταγειτνιῶνα vocant, latinis vero Maium arbitror appellari. Hoc in loco me verbosiorem esse cogit Plutarchi interpres, dum bis in præsentia inpingit grauiter, parerga & ad textum nihil pertinentia ingerens, quę propositum nostrum, nisi confutentur, euertant maximè. ¶Primus itaq; error est in hoc, vbi dicitur, Erat dies vicesimus quartus mẽsis &c̃, vbi legendum vicesimus septimus, minime autẽ vicesimus quartus, greco enim exemplar per πέμπτας φθίνοντος, quartum quidem significat, sed eum qui ante finem mensis est diem. Athenienses enim decenos quoslibet & vltimos dies cuiuscunq; mensis (in tres enim decurias omnem mensem distribuerunt) retro numerare soliti sunt. φθίνοντος, id est, deficientis, Lunæ nimirum vel mensis appellantes, sic vltima dies ἕνη καὶ νέα, id est vetus & noua, penultima δευτέρα, idest, secunda deficientis, antepenultima τρίτη, id est tertia, pro antepenultima πρὸ τέτρας, id est quarta φθίνοντος dicebatur. Vnde constat πρὸ τέτρας φθίνοντος quam

Metus Niciæ ob eclipsim visam.

Quando belli Niciæ gestum sit.

Taxatur Plutarchi interpres primo.

quam Plutarchus' πέμπτας vocat, vicesimum septimum, non vicesimi quartum, mensis diem esse. ¶Secundus error vbi dicitur. Latinis vero Maium appellari arbitror. Illa enim verba Plutarchi non sunt, sed cõmentũ omnino translatitium, institutoq; nostro, si concedamus, aduersissimum. Quæ autem translatorem illum causa impulerit cur Methagitnionem Maium vocaret, meo iudicio est ista. Aristoteles libro sexto de historia animalium scribit, vrsos cõtre mense Elaphebolione, ferre autẽ verum diebus 30, post partum vero mense tertio, vere iam existente (sic enim verba sonant, ἐπὶ τὴν ἐαρινὴν) è specu prodire. Plinius item libro naturalis historiæ octauo, capite 36 refert, vrsos coitus hyemis initio fieri, partus autem 30 die. Si itaq; coeunt vrsi hyemis initio, vt scribit Plinius, oportet vt mensis Ἑλαφηβολιὼν sit hibernorum primus autem hyemis initium, quare si Aristotelis Plinius audiens, omnes ordinatim menses Graiorum examinas, Elaphebolionem ordine nono repertum Decembri latino, qui sc̃. ipse hyemis est, confers, Hecatambeonem Aprili, Metha coincidere necesse est. Verum ista mensium græcorum nis collatione, interpres vsus est, perinde atq; ne hoc gestũ foret. Nostro enim æuo Sol Capricorno de verum hyemis initium computamus) decimo quamobrem interpres nonum græcorum mensem Decembri, Munichiona Ianuario, Thargelionam Februario, Scirophoriona Martio cõtulit &c̃. Atqui lõge aliud erat. Alii tẽpore, quod idẽ est, ac præsentia estimare. Bellum quod fere idẽ finit ætate, Sol Capricorni introiit, nõ intimis Decembris diebus. Ita potius pro anni exordio Lunæ eligendus, ἑλαφηβολιὼν dicendus. Quod si fecisset, videlicet anni Attici principiũ in Iunium vsq; proferri. Præterea Lunæ rasset Athenienses auspicati annos in nouilunijs saltem, inuenisset, (sicut & belli tempore euenit) vt interdum anni ongo in Iunium vsq; progrederetur, facile intellexisset Methagitniona mensem secundum Augusto Septembriq; coincidere posse. Quid quod Aristoteles illud ipsum affirmat, libro de animalium historia octauo, vbi de ceruis tractat, quos palam testatur mense Boidromione & Metagitnione coitus celebrare. Hoc autem fit nobis in Septembris initio Sole iam decimumquintum Virginis gradum, iuxta stellam quæ Leonis cauda dicitur, occupante. Sed Aristotelis ævum considerãti, apparet circa Septembris medium fere factum esse, cum Sol primum virginis gradũ in Septembris initio teneret, & ideo Boidromionem mensem vltetius quoddam, imò ex Septembre in Octobrem vsq; prorogatum esse, similiq; ratione methagitniona mensem in Augusto captum, in Septembri demum finisse. Præterea Plutarchum innuisse Methagitnionis nomine Septembrem, tam clarũ est, vt assertione non egeat alia, nisi vt eiusdem verba trutinentur sincerius, inquit enim. Tunc quando Nicias abitum pararet suæ profectionis, causam proposuisse hanc maximam, quod videlicet Autumnus incipiens grauaret iam, aerq; subinde corruptior, pestem (morierentur enim tam tum non pauci militum) præsentaneam inueheret, imò post pauca subiungit author idem. Siquidem cum essent relicti, sc̃z post stragem, in loco depresso, & ante tot, & sub dio prius in Sole & æstu deficiebant. Dehinc supereniente autumnalium noctium gelu, ipsa mutatione contrariorum valetudinem contrahebant &c̃. Adde quod Thucidides historiæ græcæ accuratissimus scriptor, idẽ cum Plutarcho super hoc bello, quod Thucidide viuo gestum est, sentiat. Cuius verba, ne forte quis fucum putet, subiunxi. Cum enim de Nicia iam fugiente, & iuxta collem Lepadia obsessum loquitur, libro Peloponesiaci belli, septimo, sub finem ferè, in hæc verba excurrit. Verum cum à tot viris è loco eminenti ferirentur, facilius enim superne tela vibrabantur, nec possent pertumpere, tetro se recæpere, atq; quieuere, cum præsertim extiterent tonitrua, pariter & imbres, qualis anni tẽpore in autumnũ vergente fieri consueuere. Vnde exteriti sunt, & eò vehementius, quod existimarẽt in sui exitium ista omnia fieri &c̃. Quibus dictis, quid manifestius est belli tempus Autumnale, vt Plutarchus quoq; asserit, fuisse asseuerantibus? Satis ergo conuictum arbitror, hoc loco, non Maium per Methagitnionem accipi, sed Septembrem verius oportere. Quando vero scribitur Niciam vicesimo septimo die captum esse, factum id conijcitur decimo tertio post eclipsim die. Athenienses enim, vt infra paulum copiosius dicetur, mensium suorum dies, iuxta Lunæ ætates numerare soliti sunt. Præterea μεταγειτνιὼν mensis secundus Atticis fuit, vnde cuiuis promptum intelligere, principium anni illius, proxima post æstiuum Solstitium coniunctione inchoasse, eo enim tempore Solstitium æstiuale vltimus Iunij vel primus Iulij dies continebat. Autumni veto principium ingressus Solis in Libram penultimo Septembris die constituit. Cum ergo eclipsis illa presens Autumni exordio vicina extiterit, octauo enim Septembris visa est, à quo die retro adhuc 35 si numeres Methagitnionis principium habebis, à quo adhuc 30 diebus retrogressus ἐπὶ τὸ μεσοῦν mensis, id est, primi caput, quod est 20 Iulij dies offenditur. Ea autem die Nouilunium primum, Solstitium æstiuale sequens, fieri solitum est. Iam si in Methagitnione mense numeretur 27 quo Nicias se dedidit, dies idem esse 20 Septembris deprehendetur. Postremo Atthicos mensium suorum numeros

Arguitur Plutarchi interpres secundo.

Per Metagitnionem plutarchi non Maius sed September intelligendus.

Lunæ ætatib⁹ aptasse, id est, secundū nouilunia disposuisse sciendū est. Quæ quidem res probatione nō eget, Nam idem author Plutarchus Calendas, Nonas & Idus, Lunæ accommodasse græcos non semel testatur, & præcipuè in vita Romuli, cum ait. Nunc igitur Rhomanorum Calendæ nulla re cum græcis conueniunt. Illum autem diem quo Rhomulus vrbi fundamenta iecit trigesimum rectè diem fuisse perhibent, in eoq; Lunam ex congressu Solis defecisse &c. Ex quibus liquido constat græcos secundum Lunæ tempora dies suos numerasse, Obiter vero admonuisse volo, mendam te tui subesse, vbi dicitur Lunam ex congressu Solis defecisse, legendum autem Solem ex congressu Lunæ defecisse. Hoc enim verba græca manifeste innuūt, quæ sic habent, ὡς γὰρ ὁ ἥλιος ἐκλείπει ὑπ' ἄντος γινόμενος ὁ μὴν ὑπὸ τοῦ ἡλίου quæ si interpreteris, nihil omnino aliud sonant, quam eodem die Lunam cum Sole coisse ecliptice, vnde clarum est, non Lunam, sed Solem obuelari oportuisse, quando Lunæ sphæra longe inferior Solari est. In priore sententiā Thucidides quoq; loquitur, belli Peloponesiaci libro secūdo, vbi inquit. Eadē quoq; ætate Calendis Lunarib⁹ hoc est, interlunio (quo solo tempore creditur posse contingere) Sol defecit, secundum meridiem, nonnullis interuenientibus stellis. Idem adhuc pluribus in vita Solonis Plutarchus exequitur, dicens. Qui vero deinceps sequeretur dies eam νουμηνίαν, id est Calendas appellant &c. Similia pleriscq; in locis refert. Quicquid autē hucusq; super mensibus, anniq; Atthici principio dictum fuit, hoc totum insequenti diario Luce clarius oculi te docere possunt.

MENSIVM GRAECORVM LATINORVMQVE COLLATIO

¶MENSES LATINORVM

IANVARIVS

	26 d	vii	Calendas Augusti
	27 e	vi	Calendas Augusti
	28 f	v	Calendas Augusti
	29 g	iiii	Calendas Augusti
	30 A	iii	Calendas Augusti
Leonē ☞	31 b	pridie	calendas Augusti
KALENDAE AVGVSTI			
	2 d	iiii	Nonas Augusti
	3 e	iii	Nonas Augusti
	4 f	pridie.	Nonas Augusti
	5 g	NONAE	Augusti.
	6 A	viii	Idus Augusti
	7 b	vii	Idus Augusti
	8 c	vi	Idus Augusti
	9 d	v	Idus Augusti
	10 e	iiii	Idus Augusti
	11 f	iii	Idus Augusti
	12 g	pridie	Idus Augusti
	13 A	IDVS AVGVSTI	☞
	14 b	xix	Calendas Septembris
	15 c	xviii	Calendas Septembris
	16 d	xvii	Calendas Septembris
	17 e	xvi	Calendas Septembris
	18 f	xv	Calendas Septembris
	19 g	xiiii	Calendas Septembris
	20 A	xiii	Calendas Septembris
	21 b	xii	Calendas Septembris
	22 c	xi	Calendas Septembris
	23 d	x	Calendas Septembris
	24 e	ix	Calendas Septembris
	25 f	viii	Calendas Septembris ☞
	26 g	vii	Calendas Septembris
	27 A	vi	Calendas Septembris
	28 b	v	Calendas Septembris
	29 c	iiii	Calendas Septembris
	30 d	iii	Calendas Septembris
Sol introuit Virginē	31 e	pridie	Calendas Septembris
CALENDAE SEPTEMBRIS			☞ ☞
	2 g	iiii	Nonarū Septembris
	3 A	iii	Nonas Septēbris
	4 b	pridie	Nonas Septēbris
	5 c	NONAE	Septēbris
	6 d	viii	Idus Septēbris
	7 e	vii	Idus Septēbris
	8 f	vi	Idus Septēbris ☞ ☞
	9 g	v	Idus Septēbris
	10 A	iiii	Idus Septēbris
	11 b	iii	Idus Septēbris
	12 c	pridie	Idus Septēbris
	13 d	IDVS	SEPTEMBRIS
	14 e	xviii	Calendas Octobris
	15 f	xvii	Calendas Octobris
	16 g	xvi	Calendas Octobris
	17 A	xv	Calendas Octobris
	18 b	xiiii	Calendas Octobris
	19 c	xiii	Calendas Octobris
	20 d	xii	Calendas Octobris ☞
	21 e	xi	Calendas Octobris
	22 f	x	Calendas Octobris
	23 g	ix	Calendas Octobris
	24 A	viii	Calendas Octobris ☞ ☞
	25 b	vii	Calendas Octobris
	26 c	vi	Calendas Octobris
	27 d	v	Calendas Octobris
	28 e	iiii	Calendas Octobris
	29 f	iii	Calendas Octobris
Sol ingressus ē Librā ☞	30 g	pridie	Calen. Octobris
CALENDAE OCTOBRIS			

Primus Anni mensis

¶MENSES GRAECORVM

♉	●	KALENDE	Hecatombeonis ☞ Principium anni athenien sis Siculæ cladis tempore.
♊	2	iiii	Nonarū
	3	iii	Nonarū
♋	4	pridie	Nonas
	5	NONAE	
♌	6	viii	Idus
	7	vii	Idus
♍	8	vi	Idus
	9	v	Idus
♎	10	iiii	Idus
	11	iii	Idus
♏	12	pridie	Idus
	13	IDVS	
♐	14	xviii	Calendas
	☾	xvii	Calendas
♑	16	xvi	Calendas
	17	xv	Calendas
♒	18	xiii	Calendas
	19	xiii	Calendas
♓	20	xii	Calendas
	21	xi	Calendas
♈	22	x	Calendas
	23	ix	Calendas
♉	24	viii	Calendas
	25	vii	Calendas
♊	26	vi	Calendas
	27	v	Calendas
♋	28	iiii	Calendas
	29	iii	Calendas
	30	pridie	Calēdas
	●	KALENDE	Metagitnionis
	2	iiii	Nonarū
	3	iii	Nonarū
	4	pridie	Nonas
	5	NONAE	
	6	viii	Idus
	7	vii	Idus
	8	vi	Idus ☞ ☞
	9	v	Idus
	10	iiii	Idus
	11	iii	Idus
	12	predie	Idus
	13	IDVS	
	14	xviii	Calendas
	☾	xvii	Calendas ☞ Eclipsis Lunæ sub. ☞
	16	xvi	Calendas — giente Nicia
	17	xv	Calendas
	18	xiiii	Calendas
	19	xiii	Calendas
	20	xii	Calendas
	21	xi	Calendas
	22	x	Calendas
	23	ix	Calendas
	24	viii	Calendas
	25	vii	Calendas
	26	vi	Calendas
	27	v	Calendas
	28	iiii	Calendas
	29	iii	Calendas
	30	pridie	Calēdas
	●	KALENDE	Boidromionis
	2	iiii	Nonas
	3	iii	Nonas
	4	pridie	nonas
	5	NONAE	
	6	viii	Idus
	7	vii	Idus
	8	vi	Idus

Secundus mensis

Primus mensis

ORDO ET NOMINA
Græcorum mensium

Primus	Ἑκατομβαιών
Secundus	Μεταγειτνιών
Tertius	Βοηδρομιών
Quartus	Μαιμακτηριών
Quintus	Ποσειδεών
Sextus	Ἀνθεστηριών
Septimus	Ποσειδεών
Octauus	Γαμηλιών
Nonus	Ἐλαφηβολιών
Decimus	Μουνιχιών
Vndecimus	Θαργηλιών
Duodecimus	Σκιροφοριών

Eclipsis C S Galli arctioré in modum tectæ.

Eclipsis Lunæ sub. giente Nicia

Dies captiuitatis Niciæ & Demosthenis

Eclipsis Solis anni Christi 1560. 21. Nouembris hora 11. minutis 30. ante meridiem.

EXEMPLIFICATIONIBVS ISTIVSMODI paucis hactenus ostensum volo, quomodo eclipsium Lunarium subdolo historias ab erroribus, qui in eis, annorum ratione, perperàm assignata, passim offeruntur, vindicare liceat. Simili aliquando via, deo fortunante, Solis quòq; deliquia peculiari volumine propositio tractaturi, in quo opera dabitur sedula, nunquid vtbis fundatæ tēpora verè & citra diuinationes, quibus iam olim caligamus, agnosci queant. Solis enim eclipses ad hoc præcipuè intelligendum desyderantur, neq; vero verius quicquam infallibili mōtuum cœlestium successu est. Postremum est, & quasi parergum, vt eclipses quos fusiùs mè descripsi, oculari quoq; obseruatione contuendas doceam. Cū multi sint, qui variè variis videndi instrumentis vtantur, omnibus tamen perperàm. Alii enim in pelui aqua referta, Alii speculis, Alii simplici papiro perforata, Alii aliter obseruare eclipses solent. Tāto vero abest, vt hii veram defectus magnitudinem discernant, vt insuper hiis rationibus grauissimè visum percellant. Ecleipsim itaq; Solarem contuiturus, vitrea non amplius quàm duo fragmenta, qualibus fenestræ muniuntur spissiora, palmæ latitudinem æquantia desumat, bicoloria tamen, altero rubro, altero viridi, flauo, purpureo, cœleoue existente. Colorum differentias ipsa experientia satis docebit. Exinde folium papiri candidioris tenuissima acu perforatum, binis vitris inserat, ceraq; vel bitumine conglutinet. Tempore deinde eclipsis oculis prætendat, acieq; recta per foramen in Solem delinquentem collimet. Sic enim fiet, vt Solem nihilo secius, quam si Lunam intueatur, innoxiè cernat. Quæ quidem res indies comprobari potest, maxime autem tunc, vbi Solem & Venerem, aut Solem & Mercurium coniungi corporaliter, ex superioribus animaduertisti. Nam si eandem coniunctionem per vitra, suo tempore obseruabis, citra obstaculum, citraq; noxam visus, planetam sub Solis corpore, quacunq; tandem in parte lateat, manifestò conspicabis.

Quomodo eclipses Solis cerni possint innoxie perfecteq.

ENVNCTIATVM TRICESIMVM PRINVM

Formas eclipsium pro arbitrio, quasuis nunc minores, nunc maiores effigiare.

PRESENS INSTRVMENtorū structura postulare videbatur, figuras paulo ampliores, quàm cuilibet fortassis probari possint, eaſdē suo pro instituto, nūc minores, nūc maiores effingere volenti, quam ob rem ne omninò quid de tuenda fide quis in me requirat, adieci, quo nā pacto figuras singulas pro arbitrio formare quis queat, exiguas, grandes & mediocres, idq; per figurā eclipsis, quàm C. Sulpitio animaduersam prædiximus. Propositaq; igitur hac eclipsis descriptione, primo lineam rectam in plano, vt lubet prolixam tende, cuius extremorum vnum cum Y, alterum cum A & M insigni, Mox è puncto A siue M orthogonalem, A R vocatam, erige. Circini deinde pede altero in A centro eclipsis fixo, alterū in R vel O vsq; promoue, quæ circini intercapedo, semi diametrus vmbræ cū sit, eande perpēdiculari inferto, A R vero nominato. Circinū rursus A literæ cētri sex vmbræ defixū, in M produc, idq; circini spaciū, (quia refert centrorū ☽ & vmbræ distantiā) perpēdicularē itidem superloca. Simili modo cū c & d age. Semidiametrū preterea lunarem, scilicet M P eandem in perpendiculārem transferto. Quibus peractis, in linea Y A quacunq; lubet, punctum Y signa, ex eodemq; lineas in singula puncta perpendicularis A R emitte. Postmodo in linea Y A punctum elige alium Z, vnde si orthogonalem educis sursum, omnes ex Y puncto ductas lineas scindi ab eadem conspicies, quæ quidem linea quanto Y puncto vicinior est, tanto arctiores figuras causatur, lineæ enim quę concurrunt in Y, subinde breuiores, tum vmbræ, tum lunæ diametros metiūtur, quale quid etiā facit vera lunaris centri ab vmbræ cētro distantia. Secundum hanc ergo diuisionis proportionem, defectuales figuras, repetitis prioribus, depinge. At si figuras præsentibus maiores desideras, lineas ex Y vltra A R lineam prolonga, punctumq; Z longius ab A remoue, sic enim lineæ in Y cocuntes maiores etiam diametros in perpendiculari ostendent.

Enunciatum



ENVNCTIATVM TRICESIMVM SECVN.

Coniunctiones magnas, id est, Trium superiorum planetarum ♄, ♃, ♂, coitus, nullo non tempore, post vel ante Christum præfinito, facilitate mira indagare.

apostolica meminerunt, vtrum scz Pascha 14 mensis primi, iuxta legem Moysi celebrari debeat. Ibi Theophilum Cæsareæ Præsulem, imperante sic Victore Rhomano Pontifice, constanter concluisse, non amplius cum Sabatarijs Iudeis 14 primi mensis die, sed potius dominica paschatis festum Christianis honorandum esse. Vnde Theophilus idem Concilij Cæsarienfis præses, quoniam id ab omnibus pariter approbatum erat, palam omnibus ecclesijs scriptum promulgauit Constitutum scz esse, vt intra 22 Kalendas Aprilis, & 35 Kalendas Maij, Pascha celebretur, neq; cuiquam transgredidi hos terminos vel citra vel vltra facultatem concedi, & bene profectò, quoniam tunc temporis 33 Kalend: Aprilis, id est 21 die Martij contingebat æquinoctium, post quod, si 14 Luna accidat, Paschalis festiuitas vsq; in 20 vel 21 diem Aprilis transferri potest, hoc modo. Si enim oppositio id est, 14 Luna in 33 aut 32 Kalen: Aprilis incidat, tunc alterius decimæquartæ tempus expectandum est, quod non prius quàm 19 aut 20 Aprilis euenire solet, qui & termin⁹ Thephili est. De Luna quoq; præceptum non est posthabendum, quò iubebantur Iudei lunas 7 post 14 continua feriarum consecratione obseruare. Quocirca cum inter 33 Kalen. Aprilis & 32 Kalen: Maii plenilunium siue decimaquarta offertur (post æquinoctium sanè) tum proxima Dominica post oppositionem eligitur in Pascha. At si contingat Lunam plenam dominicæ incidere, proxima post eam dominica accipitur, tanquam adhuc sacrificata, ea ratione, qua Moses 7 perpetuas luces sanctificatas affirmauit. Hoc autem fit, ne cum Iudeis pascha idem veneremur, qui eodem die illud adorant. Fit autem & nobis dies sancta, à dominica enim vsq; ad alteram non nisi septem dies numerãtur, ita vt & nos sacrata die vna scz ex 7 Mosaicis Pascha honorem⁹. Cõmuniter iam latinos, græcos & hebreos pascha celebrandum post æquinoctium decreuisse vides, Quod decretum sequuti patres Nicenæ Synodi æquinoctum 22 Kalen: Aprilis, Pascha vero 33 Kalendas, id est, sequenti die post, vsq; ad 5 Aprilis procedendo constituerunt. Nam si 33 Kalen: Aprilis dominica occurrat, iam Pascha in proximam dominicã, quæ 5 Kalen: Aprilis 28 scz Martii die exit, prolongabitur. Idem post hos Anthiocheni, Cæsarienses, Alexãdrinig; conuentus stabilierunt, & confirmarunt. Ad istã igitur equinocti noctii supputationem, quæ in 21 Martii relata est, Dionisius ille Rhomanus abbas Kalendarii sui basim iæcit, perinde atq; fixum, nec vnquam variabile sit æquinoctii tempus futurum. Ob eam vero causam, neq; Paschatis festum hactenus ante 21 Martii diem, sicut olim solu⁹t. celebratum est, neq; in posterum (& hoc contra Nicenei Concylij decreta, nisi mos ecclesiæ annorum jam multitudine deprauatior redditus, castigetur, veraq; æquinoctii ratio ineatur) celebrabitur. Quanquàm vero sacræ literæ nihil æquinoctii memimerint, sed tantũ primi mensis, nihilo secius tamen intelligere datur primũ esse mensem illum, cuius oppositio, idest, plenilunium cum æquinoctio coincidit, aut proximè sequitur, cum illud apostolorum iam olim sententia comprobatum legatur, quibus sancitum est, ante æquinoctium vernum Pascha colere nemini vt liceat. Aequinoctium autem, quod tempore Synodi præfatæ contigit, à nostro iam 33 diebus distare palam fit, cum illud 21 Martii cuenerit, nostrum 10 præsens contingat, & post paucos annos 9 die quoq; futurum sit. ¶ Causas erroris in celebrando paschate, vnde totius Rhomani Calendarii sequitur confusio, absolutissimè didiceris ex Natali Regis Ferdinandi, proponẽs in exemplum 1503 annum. Illico enim vides sequenti die post nati uitatem, quod est 11 Martii, æquinoctium, 12 vero plenilunium, & in ipso plenilunio Dominicam accidisse, qua occasione Paschatis festum, iuxta Theophili statutũ proxima dominica sequi debuerat, hoc est, 19 Martii. Verum ex sententia ecclesiæ 29 diebus integris dilatum, 16 Aprilis sacratum vides. Vnde oculis vsurpare licet errorem Calendarij manifestum, vtq; pascha non secundum Moysen post 14 primi mensis, sed post plenilunium mensis secundi, quod planè alienum videri quæat, imò quod adhuc amplius, eo tempore, quo sol 5 gradum Tauri occupat, qui immundus dicitur, celebratum tempore regis Ferdinandi sit. Quod æquinoctium subinde anticipet in causa est Trepidatio octauæ ipheræ, & quantitas anni Solaris hunc vsq; in diem nondum satis cognita. Hyparchus enim annum 365 dies, 25 ′, 12 secunda habere prodidit. Iulius Cæsar 365 dies, 6 horas, adunguem, quod & vero longe abest. Ptolemæus 365 dies, 5 horas 55 ′, 22 ″ annum facere asserit. Alfonsus anno 365 dies, 5 horas, 49 ′, 16 ″ (quem si sequaris, quomodo quarto q iouis anno diem intercales non video) inesse pronunciat. Anticipatiõ ãtem æquinoctii in annis 132 propè variatur per vnum diem. Proxima Calendarij corrupti causa est, illa scz, quia coniunctiones oppositionesq; luminarium, iuxta Dionisij Cyclum supponantur, cum tamen haud ita longo temporis processu, certitudinem suam obtinere valeant. Consuetudinem ecclesiæ sequutus, cyclos præmisi, per quos pascha nunc inuestigare disces, quomodo semper quidem vti poteris, si modo præsens ecclesiæ ritus, vt nunc est, seruetur. ¶ Cyclum Clauis paschalis enunctiatum 35, literamq; dominicalem enunctiatum præcedens, edocuerunt, per quæ duo festum paschale nunc discetur. Numerum ergo Clauium in limbo interiori, quem penes NVMERVS CLAVIVM maiusculis, vt liquet, habetur literis inspice. Quem visum cum indice Z rotæ volubilis vexillum gerentis, signa. In limbo deinde exteriori literam Dominicalem ptius inuentam, proximè, post indicem, iuxta dierum ordinem obuiam quære, & eidem indicem adiunge, sic, vt litera cum ostensore non occultur, sed linea fiducie eiusdem indicis tantummodo mediam alteram inter literam dominicalem præsentem & proximam antecedentem, contra dierum ordinem puta, sitam contingat. Illum etenim diem Christiana constitutio generali quadam obseruatione paschalem tuetur. Festa post hac mobilia suis in locis ordinatim apparent. Demonstratio ocularis esto. ¶ Divus CAROLVS semper Augustus anno 1500 currente genitus, cuius litera dominicalis E D, Cyclus autem Clauium 28 fuit. Nunc 28, qui est numerus penultimus limbi interioris cum indice notetur, quoniam vero E iam litera dominicalis esse desiit in Februario (sicut anni Bisextilis ratio exigit) index modo non in E sed in D literam 19 dici Aprilis vicinã transferendus est. Ita vt & d literas, dies autem 18 & 19 per medium diuidat. Quo facto, paschale cum reliquis festis orbiculatim suis nominibus expressis, liquebit, sola Septuagesima ibi aduertenda fuerit, quæ in anno Bisextili non eo die, quem Septuagesimæ nomen attingit, colitur, sed in eo qui hũc sequitur.

Error obseruationis paschatis demonstratur per exẽplũ Regis FERDINANDI.

Varia anni q̃ le

Quomodo festum paschale sit inuestigandum.

Exemplum CAROLI Imperatoris.

HIS FESTORVM INVENTORVM ordo est anni 1500 currentis.

Septua.	16 Febr:	Iudica	5	Apri. Cãtate	17 Maii
Estomihi	1 Mar.	Palmarum	12	Apri. Rogationũ	24 Maii
Quadra	8 Mar.	Pascha	19	Apri. Ascẽsio dñi	28 Maii
Remi.	15 Mar.	Quasimodo	26	Apri. Exaudi	31 Maii
Oculi	22 Mar.	Miserico. dñi	3	Maii. Pentecoste	7 Iunii
Letare	29 Mar.	Iubilate	10	Maii. Trinitatis	14 Iunii

In præsentia festum paschale iuxta obseruationes ecclesiæ videtur 19 Aptilis exigẽte, cum idem si Moysen & patrum sanctiones sequi malimus 15 Martii celebrari, aut secundũ Theophili dogma in proximam dominicam sequentẽ (quæ est 22 Martii) transponi debeat. Quod idem obseruare coacti eramus, si equinoctium verum amplecti voluissemus. Sed hic apparet pascha per 35 dies vltra debitum terminum dilatum esse, impurumq; in mensem, cui Taurus præfuit (die enim



enim paschali tunc Sol ♈ gradum 2 possedit, cum tamen in Arie-
Pascha in arie ti celebrandi Exemplum Regis FERDINANDI.
te nobis illa festiuitas sit peragenda) incidisse.
¶Regis FERDINANDI natalis est 1503. huius anni litera do-
minicalis A, Cyclus clauium 34 scitur. Iam si index Z ad 34
in limbo interiori statuas, literæq; A proxime sequenti in exteriori
limbo ostensorem denuo adiungas, 16 Aprilis dies ostendetur. Vi-
tato interim ne A litera cum indice obtegatur. Quod vbi peractum
est, festorum omnium mobilium circularis extat descriptio.

QVORVM TALIS EST SERIES

...ptua.	12	Febr.	Iudica	2	Apri.
...ſt.	20	Febr.	Palmarum	9	Apri.
		Mar.	Pascha	16	Apri.
		Mar.	Quasim. ge.	23	Apri.
			Misericordi.	30	Apri.
			Iubilate	7	Maii.
			Cãtate	14	Maii
			Rogatiões	21	Maii
			Ascensio	25	Maii
			Exaudi	28	Maii
			Pentecoste	4	Iunii
			Trinitatis	11	Iunii

...mensi secundo inseritur, ideo quod æquinoctiũ
...FERDINANDI Regis contigerit. Tertio
...era non media attendi in Paschali celebra
...me 12 Martii secundum patres, secun-
...quinoctii solidam rationem 19 Martii sancti
...am quia ecclesiastica consuetudo 16 Aprilis eli-
...tans, cuius æquinoctium 21 Martii dies est, fit vt
...dies paschæ vltra debitum finem produeatur, Soleq;
...gradu, impuro dicto, existente colatur. ¶Neq; vero
...hic fallimur, cum & Iudeis ipsis, quamuis egregiè sapien
...hoc loco videantur, æquinoctii ignorantia imponat. Non
...in primo, legi obtemperantes, sed secundo mense contra Mosen
...dicta sua paschæ adorant. Aequinoctium etenim statuentibus 13
...14 Martii contigit hoc præsenti 1539 anno, vt 11 Aprilis pa-
...chali solemnitati vacarunt, cum aliàs si exquisitam æquinoctii com-
putationem sequerentur, legi suæ conuenienter 12 potius Martii
pompas illas paschales peregissent. Ita 30 integris diebus verũ su-
peregredientes falsi sunt. Potest etiam alia de causa paschatis minus
stato tempore per omnem orbem culti varietas accidere, præter Mo-
saicam traditionem & ecclesiæ. Diuersitas namq; meridianorũ non
vltimam paschatis variandi occasionem per regiones diuersas indu-
cit. Telluris enim globositas efficit, vt à Sole tota terra simul & vno
momento illustrari nequeat, quæ res diem causatur. Verum dimidia
tantum parte dies, altera nox, & econtra, dum sit non vltima festiuita
tis huius venerandæ varietas contingere potest. Cuidam enim terræ
parti luminarium oppositio videri potest, cuidam minime, vni post me
ridiem, alteri post noctis medium, ex quo fit, vt hic oppositionem ad
diem Solis, ille ad diem Saturni nonnunquàm conspiciat. Cui in die
Saturni apparuit, sequenti Dominica festum instat, Cui die Domini-
ca cernitur oppositio, is mox octaua sequenti sollennitatis sacra perã-
git. Quæ res locum haberet, si non vniuersalis quædam ecclesiæ con
stitutio per orbem euulgaretur. Sed quoniam hæc & huiusmodi ne-
mini non per se obuia esse possunt, verbo attigisse satis sit.

Quomodo pa schale festum variatur ratio ne diuersitatis meridianorũ.

ENVNCTIATVM TRICESIMVM NONV.

Quibus anni temporibus, diebus, horis & minutis æqui noctia contingãt presentissimè contueri.



VM HACTENVS PERMVLTA super erroribus paschalib⁹ egerim æquinoctii nomine, oportunũ videtur ostendere nunc quomodo possis omni tempore euenies illud certissimus agnoscere. Illud autem quo fœlicius confieri quæat, figuram per quam hoc præstare iuxta dies, horas & minuta nostro more computata liceat, exhibui, ordiens ab anno Christi 1300 vsq; ad 3000 æquinoctia instrumentum complecti-tur. Neq; sane ideo, quia ita opus fore

lege. æquinoctia per instrumentum cõplexus. Neq; &c.

eredideri, sed quod palam facerem in tanto temporis spacio vernale æquinoctium in Februarium vsq; retro cessurum, & quo vel sic saltem maturius Kalendarii emendandi desyderium ecclesiæ inducatur. Instrumenti partes igitur primum, postea vsum accipe. Infima & immo bilis huius figuræ rota limbo constat vno, circulis pleriscq; cõserto, quarum singuli in partes 14 diuisi transuersalibus interstincti limeis sunt. Sectionum quæuis 14, diem refert, qui sunt 27 & 28 Februarii, & duodecim Martii. Huius limbi extremitas alba nigraq; spacia vicissim gerit, quorum alba dies, atra noctes denotant. Iuxta lineam spacium eandem transeuntem vides, M literam subinde adiunctã, quæ meridiei nota est. Linea nigrum dissecans, mediam noctem significat, N litera opposita. In spacio illo obscurioti C & R literæ reperiuntur, C occasum, R ortum innuens. Sub dicto colore duodecim gradus semper habentur, duodecim horas noctis signantes, similiter sub candido 12 horæ diei continentur, in vicem iam albæ, iam atræ. Nox enim æqualibus cum die horis participat, quoniam dies illi

Instrumenti partium summaria enarratio.

lineis nõ liemeis

æquinoctiali congruunt tempori. Numerus ille horarum tertio in spacio centrum versus de 3 in 3, à meridie in mediam noctem, rursusq; à media nocte in meridiem, nostro pro more scribitur. Quarta huius limbi area dierum in se numerum vnà cum nominibus suis continet, vt, an dies sit Februarii, an Martii sciatur. Interim limbi partes indices quidam occurrunt cum annis Christi singuli noti ab vno centenario in alium, quorum primus 1300, nouissimus 3000 annos, (omnes à Christo nato intelligendo) gestat. Rota post hæc omnia volubilis quinq; ostensores amplexa cernitur, primus ostensorum B, secundus C, tertius D, quartus E, quintus F literis insigniuntur. Quilibet horum 20 annos sub se continet, ita, vt omniũ summa 100, qui integer centenarius est, constituat. In ventre autem ibius instrumenti filum prominet, vniuersali vsui accommodum. Et hæc de instrumenti partibus sufficiunt. Inquisiturus quem diem anni præstituti æquinoctium vernale vendicet, indicem rotulæ fixæ inspiciat, minorem centenarium anno vel annis propositis gerentem. Huic dein de reperto, indicem alium mobilem superiorem superlõcans, in cuius superficie quadrangula propositum currentem annum vltra inferioris indicis centenarium offendet. Sicq; rotulam hanc meridiano Ingolstadiensi quadrantem, habebit. Quo facto annum propositum in area numerorum requiret, vbi super iuxta positam lineolam filum extendens, Mensem, diem horamq; æquinoctii vernalis in inferioris limbo rotæ contuebitur, ante vel post meridiem eueniens vel euenturum. Quod si exquisitum aliquem centenarium aut præcisum deligas, ad quem æquinoctium inuestiges, nullo iã amplius est opus labore. Nã indices per centenarios distincti, neminem latent, per quos filum ductum ex centro, dicto citius æquinoctii tempus vel elapsum vel elapsurum manifestat. Quod si meridiano alio respondens æquinoctium desideras, vel loco alteri, locum è tabula regionum in tertio enunciato posita summe, qui si orientalior est Ingolstadio, horas & minuta eius inuenta in præsenti instrumento numera, à linea meridiei incipiens, id est, à 12 (lineam dico cum M litera notatam) versus R, per inuẽtas horas seu minuta filum dirige, indice superioris orbis sub idem firmato. Rursusq; filum lineæ anni currentis vltra centenarium superinduc, & continuo in limbo rotæ inferne, diem, horam & minuta temporis æquinoctii vernalis extabunt. Iam si tres tantum dies ho. o M 42 numero dierum Martii (in quo æquinoctium cõtingit) adiecerit, diem, horam minutaq; Autumnalis æquinoctii, quod in Septembre accidit, habebis. Si vero locus occidentalior Ingolstadio offertur. Horæ & minuta eius per tabulam regionum inuenta, C versus numerati postulabunt, filo & ostensore, vt dictum est, dispositis, Multo hoc idem per exempla manifestius euadit. ¶Imperatoris Quinti CAROLI annus 1500 natalicius scribitur. Qui numerus, quoniam per se centenarius est, minore opus opera fuerit. Filum itaq; mox super M ostensorem rotulæ inferioris (vbi 1500 habentur) ponis, quod in limbo decimum diem Martii, horas 6 minuta 28 post meridiem (meridiani scz Ingolstadiensis) aperit. Cum autem Gandauum, vt supra, Cæsaris natale solum sit, iam per tertium pronunctiatum ex tabula regionum Gandauum requirendum erit. Quod illic occideatalius Ingolstadio 39 minutis inuenitur, quapropter indicẽ B super ostensorem M induces, numerabisq; 39 minuta retro occasum versus, per quæ filum traductum, mox in limbo diem 30 Martii, horam 5, minuta 49 pomeridiana, in quibus æquinoctium vernale accidit habitantibus sub meridie Gandauiensi indicabit. His diebus, horis & minutis addenti tres dies, hora 0, M 42, prodibunt 13 dies, 6 horæ 31 M Septembris æquinoctii autumnalis tempus. ¶Alia demonstratio lucidioris intellectus gratia fit ista. Insula Iucatan nomine auspiciis diui CAROLI inuenta ad Christianæ fidei sanctimoniam conuersa, distans ab Ingolstadio occidentem versus horis 6 M. 40 Ibi si scire laboras quando diei nox fiat par, hoc 1539 anno, tum ostensorem B literæ M connecte, ab ipso B occasum versus, horas 6 M. 40 numerans in limbo exterioti rotulæ mobilis, filumq; per ea diducens, in limbo exteriori rotæ immobilis diem Martii 30 horas 30 Minuta 12 ante meridiem tempus æquinoctii Iucatani cernes. ¶Regi FERDINANDO annus 1503 natiuus fuit, oriundo in Medina Hyspaniæ vrbe, centenarius est 1500, quare B super M interatur, occasus ratione, quia Medina Ingolstadium hora 1 M 12 superat, hora 1 M 12 versus occidentem à B in limbo mobilis rotæ querendæ erunt, per quæ filum trahetur, indexq; B sub idem reducetur. At filum per lineam tribus annis proximam directum, in limbo immobilis rotulæ diem Martii 11, horam 30 M 43 ante meridiẽ ostendit. Eo ipso igitur minuto Sol principium Arietis ingredi Medinæ incolis dici potest. ¶Verum ne quid deesse conquẽri possis, loci orientalioris intelligendi viam quoq; aperiam. Hierusalem Ingolstadio est orientalius horis 2 minutis 24, quo loco si scituris æqualitas diei & noctis quo die & hora anni natalis supradicti regis scz Ferdinãdi, qui est 1503 euenerit, tum impone B, vt nosti, literæ M, numerando cõtra orientem à B duas horas 24 minuta, & hoc in mobilis rotæ limbo, filũ per ea duc, indice B subducto. Iam si filum lineæ trium annorum infers, tum illud in limbo fixi orbis 11 Martii, horas 2, M 19 pomeridiana, horologio Hierosolymitano cõgruentia, aperiet. Quo niam autem sola B litera hucusq; vsi simus, non abs re fuerit adhuc altero dogmate rem planiorem reddere. Esto vero tale. Aequinoctium vernale ad annum Christi 1598, si nosse velis meridiano Ingolstadiẽ si con-

Quomodo æquinoctii dies annuatim inuestigandus.

Vt Aequinoctium alterius meridiani reperias quam Ingolstadiensis.

Iucatan Insula occidentalior

Quomodo æquinoctium in Regionibus orientalioribus inueniendum.



MI

sentaneum, 98 annos penes ostensorem F inuenis, ideo F litteram indici M centenarii 1500 applica, filumq; super lineam 98 annorum dirige, quod in instrumenti limbo diem Martii 30 horã 0 ′ 55 post meridiem indicabit. Cui si numero adijcias tres dies, horam 0 minuta 42, redundabunt dies 33 hora 1 ′ 37. Septembris, quo tempore æquinoctium Autumnale futurum erit. Ita ni fallor abunde instructus es, quo pacto sit æquinoctium duplex quottantis indagandum, itidem & pascha secundum ecclesiæ ritum. Cum vero concilio visum sit Christianis pascha nobis cum Iudeis celebrandum non esse, non inconsultum videtur huius rei quoq; paucis memi

Iudeis lex Mosaica præscribit, Luna decimaquarta mensis primi, agendum paschale festum, id quod ipsi, propter ignorantiam æquinoctii æquinoctii in 13 vel 14 Martii ab illis translati, neutiquam præstare possunt. Ad hoc æquinoctium licet nihil dubii ingerat, traditionibus tamen propriis irretiti solent. Nam si 14 luna in secundam feriam, id est, diem Lunæ incidit, tum pascha die Martis exõqui solent, & si diem Mercurii plenilunium occupat, Iouis diem in pascha recipiunt, aut si Luna 14 die Veneris occurrit, iam cum paschate in Saturni diem transeunt. Id quod nulla scriptura eos iubet aut cogit, si propriis constitutionibus non ita stricte deuouerentur, Lunæ enim, Mercurii Veneriscp dies effugere nẽ fez paschales fiant perpetuõ, nescio qua superstitione laborant. Sed vt oculis deprehendere queras Iudeorum quotanne paschasequentem subordinaui methodum, per 300 annos certa supputatione examinatam.

TABVLA PASCHATIS IVDAICI AD CENTVM SEXAginta annos sequuturos supputata.

	Martis	1580	31 Martii die Iouis	1610	8 Aprilis die Saturni	1660	17 Martii die Saturni
	Martis	1581	21 Martii die Martis	1611	27 Martii die Martis	1661	4 Aprilis die Iouis
	Saturni	1582	2 Aprilis die Solis	1612	16 Martii die Saturni	1662	25 Martii die Martis
	Martis	1583	28 Martii die Iouis	1613	5 Aprilis die Saturni	1663	12 Aprilis die Solis
	die Martis	1584	17 Martii die Martis	1614	25 Martii die Iouis	1664	2 Aprilis die Saturni
	die Saturni	1585	4 Aprilis die Solis	1615	29 Martii die Martis	1665	23 Martii die Martis
	rtii die Iouis	1586	24 Martii die Iouis	1616	1 Aprilis die Saturni	1666	10 Aprilis die Martis
	onus die Martis	1587	13 Aprilis die Iouis	1617	22 Martii die Iouis	1667	30 Martii die Saturni
	Martii die Saturni	1588	2 Aprilis die Martis	1618	8 Aprilis die Martis	1668	17 Martii die Martis
	Aprilis die Saturni	1589	22 Martij die Saturni	1619	29 Martii die Solis	1669	6 Aprilis die Martis
	1 Aprilis die Martis	1590	9 Aprilis die Iouis	1630	18 Martii die Iouis	1670	26 Martii die Saturni
	22 Martii die dominica	1591	30 Martii die Martis	1631	7 Aprilis die Iouis	1671	16 Martii die Iouis
	9 Aprilis die Sabati	1592	18 Martii die Saturni	1632	25 Martii die Solis	1672	2 Aprilis die Martis
53	30 Martii die Iouis	1593	7 Aprilis die Saturni	1633	16 Martii die Saturni	1673	22 Martii die Saturni
1554	13 Martii die dominico	1594	26 Martii die Martis	1634	3 Aprilis die Iouis	1674	13 Aprilis die Saturni
1555	6 Aprilis die Sabati	1595	15 Martii Saturnis	1635	24 Martii die Martis	1675	1 Aprilis die Iouis
1556	26 Martii die Iouis	1596	3 Aprilis die Saturni	1636	10 Aprilis die Solis	1676	10 Martii die Solis
1557	16 Martii die Martis	1597	22 Martii die Martis	1637	30 Martii die Iouis	1677	7 Aprilis die Saturni
1558	3 Aprilis die Solis	1598	11 Aprilis die Martis	1638	20 Martii die Martis	1678	28 Martii die Iouis
1559	23 Martii die Iouis	1599	31 Martii die Saturni	1639	7 Aprilis die Solis	1679	18 Martii die Martis
1560	13 Aprilis die Iouis	1600	20 Martii die Iouis	1640	28 Martiis die Saturni	1680	3 Aprilis die Saturni
1561	1 Aprilis die Martis	1601	7 Aprilis die Saturni	1641	16 Martii die Martis	1681	24 Martii die Iouis
1562	21 Martii die Saturni	1602	27 Martii die Saturni	1642	5 Aprilis die Martis	1682	14 Martii die martis
1563	8 Aprilis die Iouis	1603	17 Martii die Iouis	1643	25 Martii die Saturni	1683	1 Aprilis die Solis
1564	28 Martii die Martis	1604	5 Aprilis die Iouis	1644	14 Martii die Iouis	1684	20 Martii die Iouis
1565	17 Martii die Saturni	1605	24 Martii die Solis	1645	3 Aprilis die Iouis	1685	7 Aprilis die Martis
1566	4 Aprilis die Iouis	1606	29 Martii die Saturni	1646	23 Martii die Saturni	1686	30 Martii die Martis
1567	25 Martii die Martis	1607	2 Aprilis die Iouis	1647	10 Aprilis die Saturni	1687	19 Martii die Iouis
1568	13 Aprilis die Martis	1608	22 Martii die Martis	1648	28 Martii die Martis	1688	5 Aprilis die Iouis
1569	2 Aprilis die Saturni	1609	9 Aprilis die Solis	1649	18 Martii die Saturni	1689	26 Martii die Martis
1570	23 Martii die Martis	1630	29 Martii die Iouis	1650	6 Aprilis die Saturni	1690	15 Martii die Saturni
1571	10 Aprilis die Martis	1611	19 Martii die Martis	1651	27 Martii die Iouis	1691	4 Aprilis die Saturni
1572	29 Martii die Saturni	1612	5 Aprilis die Solis	1652	14 Martii die Solis	1692	23 Martii die Martis
1573	19 Martii die Iouis	1613	27 Martii die Saturni	1653	2 Aprilis die Saturni	1693	11 Aprilis die Martis
1574	6 Aprilis die Martis	1614	15 Martii die Martis	1654	23 Martii die Iouis	1694	31 Martii die Saturni
1575	26 Martii die Saturni	1615	4 Aprilis die Martis	1655	12 Aprilis die Iouis	1695	21 Martii die Iouis
1576	15 Martii die Iouis	1636	23 Martii die Saturni	1656	30 Martii die Martii	1696	7 Aprilis die Martis
1577	4 Aprilis die Iouis	1637	10 Aprilis die Iouis	1657	19 Martii die Iouis	1697	27 Martii die Saturni
1578	23 Martii die Solis	1638	31 Martii die Martis	1658	8 Aprilis die Iouis	1698	17 Martii die Iouis
1579	11 Aprilis die Sabati	1639	20 Martii die Saturni	1659	27 Martii die Solis	1699	4 Aprilis die Martis
						1700	23 Martii die Saturni

PRIMAE PARTIS CONCLVSIO

QVOVIDEAS, Lector amice, me omnino tui verè colẽdi natũ, pro huius astronomici parte prima claudenda, theoremaquoddã subiecci, in quo velũti præsenti arena ob oculos cernere quæras, ad quid astrorũ motus hactenus per totã hãc operis partem, fusissimè traditi, conferant. Tale autem est, quod quam maxime humanitati prodesse valeat, cuius iuuandæ gratia, nihil non paratus subire perpetuõ sum. Dies autem Criticos, id est, iudiciales, quorum præcipuus apud medicos vsus in curationibus existit, nondum præsentes, sed instantes inuenire solerter docet. Vnde ni fallor, liquere prudẽtibus sat potest, quam astronomiæ scientiæ non tantũmodo voluptati, verumetiam vtilitati humanæ seruire soleat. Quod theorema, licet succinctum sit, nihil tamen in eo, ad meliorem astronomiæ declarationem, desiderari à quoquam putaucrim.

ENVNCTIATVM QVADRAGESImum & vltimum.

Dies Criticos, id est, iudiciales, medicis in morbis iudicãdis necessarios, per instrumentum hoc subnexum, citra operam computi inuenire.

APud omnes in confesso est, astra quædam diuinæ virtutis esse instrumenta, per quæ vniuersum illud gubernari credimus. Syderum enim opera, effectus seu inclinationes, seu influentias dicas, diuinæ prouidentiæ quædam esse documenta, quis est qui neget? cum nihil non in hoc mundo iuxta astrorum dispositiones affici videamus, quamuis omnia in deum referri soleant, Quemadmodum autem non secuti, operis cuiuspiam structuram tribueris, sed fabro, qui hac vtitur, sic astrorum effectus, qui motus eorundem consequuntur, non ipsis astris, sed deo, illa regenti, gubernãtiq; causæ, velũti primariæ, ascribere debemus. Huiusmodi astrorum cursus & motus multiplices, nobis, cum Deus Optimus Maximus patefaciat, cœlumq; ipsum librum tanq; apertum, in quo futura per stellarum & luminarium transcursus significantur, recludat, pauca & nos super his, quæ ex eo nobis libro collecta sint, dicere instituimus, & maximè de his, quæ ad humanã pertinere salutem videntur, quæ in parte licet medicinæ vigilantibus in primis commodare quæramus, non solum tamen his, verum sed alijs quoq; rationem suæ valetudinis habituris saltem non postremam prodesse animus est. Tametsi illorum gratia medicorum præcipuè, qui astrorum expertes sunt, factum

cum putauerit hoc nobis aliquis. nec immerito, fatemur enim, nostrum namq; consilium secuti, certius & præsentius mederi laboranti bus potertit. Quanta enim vis sit dierum iudici alium, quos Criticos vocant, nemo doctorũ ignorat. Quanta etiam necessitas obseruãdæ Crisis medico incumbat, tũ alii, tũ Ptolemæus, naturæ sciẽtissimus auctor 80 Centiloquii sui dictione hortatur, his verbis. Super ægrotis criticos dies inspice, ac Lunę peragrationem in angulis figurę 36 angulorũ. Vbi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit lãguẽti, cõtra malè, si afflictos inueneris. Hactenus Ptolemæus cui' verba, quoniã nõ nihil obscuritatis in se habẽt, astronomiæq; tirõibus nõ vsq; adeo obuia sunt, cuidẽtiora planioraq; reddã. Sciẽdũ ergo primo quid vocabulum CRISIS significet, κρίσις græcè, latine iudicium, velox & vehemens in morbo motus est, ad salutem vel ad parnitiem. Vehemens idcirco, quia seuis ab accidentibus contingit. Morbi enim tunc & naturę pugna excitatur acerrima, nec vllum aliud morbi tempus Critico grauius existit. Crisis autem perfecta nulla esse potest, in qua non fit sensibilis materiei delinquentis expulsio, ex quo constat in morbis sine materia contingentibus nullam fieri crisim. Dierum ad morbos diiudicandos pertinentium quadruplex differentia est. Critici enim sunt & Indicatiui, Intercidentes & Vacui. ¶Criticus dies qui & Decretorius vel Radicalis vel Iudicatorius appellatur, est tempus illud, quo natura consurgit ad humorum peccantium siue expulsionem siue permutationem. ¶Indicatiuus vel Indiciarius dies est, qui signum dat futuræ crisis, quo die & hora, qualisq; fieri debeat, apparet enim in eo omnino indicium aliquod futuri iudicii, per quod certi sumus de salubritate vel periculo sequentis crisis. ¶Intercidẽtes dies illi sunt, qui & interpolares seu prouocatorii dicuntur, in quibus humor nociuus naturam prouocat ad pugnam, Ideo intercidentes dicti, quia inter criticos & indicatiuos cadant. Crisis in eisdem euenit nonnunq;, sed per accidens tantum, vt, ratione virtutis vel medicinæ, vel alterius cuiuspiam symptomatis. ¶Vacuus dies seu Medicinalis dicitur, in quo natura prorsus quieuit, neq; quidquam diffidiuinter morbum & virtutem naturalem concitatur, adeo, vt per diẽ vacuum tutò curationem, moliri liceat. Priusq; vero præsim ipsam crisis aggrediamur, alia videntur præmittu necessaria. Primo, nullum non signum peculiarem quandam naturæ partem, quantum ad qualitates attinet quatuor, sibi vendicare. Aries, Leo & Sagittarius, quia calidi & sicci flauam bilem tuentur. Taurus, virgo & Capricornus, quia frigidi & Sicci, nigræ bili respondent. Gemini Libra & aquarius calidi & humidi Sanguinem imitantur. Cancer Scorpius & pisces frigidi humidiq; pituitæ assimilantur. Proximum est situ, Signo cuilibet planetam dominari, vnde domini nomen retulit, vt arieti & Scorpioni Mars, Tauro & libræ Venus. Geminis & Virgini Mercurius, Sagittario & piscibus Iupiter, Capricorno & Aquario Saturnus, Cãcro Luna, Leoni Sol, domini sunt. Signorum præterea quodlibet hominis partem sibi peculiarem arrogat, quod idem faciunt domus coli, id quod sequens figura innuit.

Critici & decretorius idẽ. Indicatiuus.

Intercidens sive interpolatis

Vacuus qui medicinalis dicitur.

♈ respicit	Caput	Prima	domus Caput
♉ respicit	Collum	Secunda	domus Collum
♊ respicit	Man'& brachia	Tertia	domus Ma. & br.
♋ respicit	Pectus	Quarta	domus Pectus
♌ respicit	Cor	Quinta	domus Cor
♍ respicit	Intestina	Sexta	domus Intestina
♎ respicit	Renes	Septima	domus Renes
♏ respicit	Pudibunda	Octaua	domus Pudibũda
♐ respicit	Femora	Nona	domus Femora
♑ respicit	Genua	Decima	domus Genua
♒ respicit	Sutas	Vndecima	domus Sutas
♓ respicit	Pedes	Duodecima	domus Pedes

Hoc loco notandum obiter, partem illam corporis non esse ferro violandam, quouis modo, quoties Luna signum partis illius peram bulatè Ptolemæo teste. Membrorum diuisiones per Signa obseruentur studioſè, quocunq; enim in loco figuræ signum fuerit, nihilominus tamen proprietatem genuinam partis significandæ, obtinet. Simile quiddam & cum planetis fieri solet, horum etenim singuli quoq; naturas seu temperamenta secundum qualitates quatuor exprimũt.

Saturnus	significator & autor	Melancholiæ
Iupiter	significator & autor	Sanguinis
Mars	significator & autor	Bilis
Sol	significator & autor	Bilis
Venus	significator & autor	Phlegmatis
Mercurius	significator & autor	Spiritus & sanguinis
Luna	significator & autor	Pituitæ

Planetarum quilibet singulare quoddam Signum possidet, in quo constitutus, exaltari, & in eius oppositocadere dicitur. Vt

Saturnus	exaltatur in	Libra	cadit in Ariete
Iupiter	exaltatur in	Cancro	cadit in Capricorno
Mars	exaltatur in	Capricorno	cadit in Cancro
Sol	exaltatur in	Ariete	cadit in Libra

Venus exal, in ♓, ca. in ♍, ☿ exal in ♍, cadit in ♈. ☽ ex. in ♉ ca. in ♏.

Ad hæc duodecim signa trifariam dici solent, Mobilia scz fixa & Communia. Luna etenim in morbi alicuius principio mobilis signorum aliquod tenente, contingit morbum illum cito terminari, & contra, si in signo fixo est Luna morbi ortu, produci eundem ferè videm⁹, sicut in Communi Luna cum fit initio affectus, plerumq; mutari, in aliumq; transire eundem.

Signa Mobilia { Aries, Cancer, Libra, Capric } Signa fixa { Taurus, Leo, Scorpi⁹ Sig. Cõ. Aquari. } { Gemini, Virgo, Sagittari. Pis.

Neq; vero minus planetarum singuli singula humana bra, morbosq; diuersos innuere solent,

♄ Saturnus vesicam, lienem & aurem dextram ſro Cancrum, Podagram, Elephantiasim, & melancholi omnes.

♃ Iupiter habet morbos omnes qui ex sanguinis fluore proueniunt.

♂ Mars fel, pudenda, Testes, autem sinistram ſtas, Erysipelata, Morpheam, Apostemata interna ſcat.

☉ Sol possidet cerebrum, visum, neruos, Cor, Latipocondria dextra, omnem calidum affectum, quales sutes & tertianarum species.

♀ Venus Renes & nucham obseruat, morbosq; pudendorũ, cunq; & maximè à frigore causatos indicat.

☿ Mercurius Pulmones respicit & linguam, animi affectus quosbet, Phantasmata, Somnia, mentis alienationes, & huiusmodi.

☽ LVNA Matricem & muliebria colit, Menstrua, Catharros, Morbosq; frigidos & humidos, vt Apoplexiam, Paralisim, Conuulsionum species, Epilepsiam &c indicat.

¶Notandum est insuper planetam sub radiis vocati donec inter 15 & 12 gradum à sole reperitur, à 12 vero gradu Soli propinquantem combustum iam dici, debilissimiq; effectus esse, tantoq; imbecillio rem, quanto proximior Soli fiat, imò impeditum vocabulo non inusitato apud Astrologos vocati. Item retrogradum planetam ab omni virtute destitutum esse scias. Luna cum fuerit in via, vt dicitur, Lactea vel combusta, quod est à 19 gradu ♎ vsq; 4 ♏, tum eidem virtutis propè deiectæ videtur. Combusti planetæ quando dicuntur, Retrogradi.

¶Errantium quiuis summa vtitur potestate si domos vel 10 vel 11 vel 7 vel 5 tenuerit, liber saltem abiniquioti aliorum contuitu vel commertio, vt dictum est. Iidem vero imbecilli dicuntur, quando 12 6 aut 8 domum occupant.

¶Item dominus 12, 6 & 8 domus, quocunq; in loco figuræ consistat, nihilo secius damnum importat omnibus quibuscunq; tandem aspectu suo participat.

SEQVITVR FIGVRA QVAE OCVLIS EXPONIT DOMVS MEDICATVRO considerandas.



M II

DE DOMIBVS COELI

¶ Domus cœli prima dominusq; eiusdem, egrum interrogatorem si ue consultorẽ perpetuò referunt, Septima vna cum domino Morbi, Decima vna cum domino Medicum, qualis sez & qua fortuna morbo sit occursurus. Quarta & dominus eius Medicamen, quem sez vsium affecto sit allaturum, significat. Sexta octaua & duodecima, loca mor borum referunt. Quocirca quandocunq; planeta melior aliquem ex quatuor angulis incoluerit, siue dominus anguli cuiusuis ex illis fortu natior, liber, potens, nec impeditus extitent, tum anguli illius fœlici tatem consequitur, sin minus, contra fiet.

nunc ad Crises vocat. Nunc enim & quales sint & quo pa esciantur, dies insuper Indicatiui & Vacui & Intercidẽ oscantur docebimus. Studiosissimè ergo expiscabe incipió quonam temporis momento, peius habere terius morbi principium vocabitur, aliàs inuasio usq; est, quo eger se laborare percipit, vtpote, soli pediti sentientibus, quod quidem in morbis acu to inuadunt animaduersu facile est. Atqui vicesimoq; primo diebus, subinde pugna quæ m & virtutem nostram oriri, dies eos voca criticos. Alios autem Criticis interfertos, in quibus lior pugna contingere visa est, Indicatiuos dixerunt. alios ab illis Iudiciarius & Indicatiuis, in quibus inbecil naturæ & morbo certamen impenderet, aduertentes, In nominarunt. Motum enim lunarem hac in re sicut in om cuius occasione humores & omnia hæc infima vehementiss ici scirent) scrutantes intimius, 30 angulos in Zodiaco luna m quibus Luna consistens naturæ suppetias contra morbum de ellandum ferret, deprehenderunt. Nihil vero est, quod te moueat hocin loco, quod Arabes non imitemur, qui particionem hanc angu lorum in æquatore, non autem in Zodiaco, & id cum Ptolemæo, vt ipsi putant, statuunt, cum re vera Ptolomæus id nunq; somniarit, ne dum senserit. Hic mihi si fidem non habes, Pontanum aliosq; relege. Angulorum autem singuli 22½ gradus habent, velúti sequens figu ra distinctè aperit, in qua primo index quidam cum signo X occurrit, qui gradui Lunæ in affectus principio adducitur, vnde linea quæ dam albicans per centrum instrumenti, in quo cum alia rectos angu los efficit ducta limbotsum procedit. Binæ illæ lineæ instrumẽtum in 4 partes secant, locáq; Crisium in Zodiaco monstrant. Crises il læ ob discrimen aliarum arre pinguntur, in quolibet medio duatum Criticarum alia est Indicatiua nomine. Deinde inter Criticam & In dicatiuam semper interponi solet alia, Intercidens dicta. Ita quæli bet ex his quarta 4 in angulos partitur, quos si connectas 30 certes, quemlibet eorum interuallo 22½ graduum ab alio separatum, quod interuallum, Vacuũ dicitur, dum à Luna peragratur. ¶ In die bus ergo iam dictis qui futuros nosse desiderat, indicem X loco Lu næ, quo ad fieri exacte datur adiungat, loco inquam quem Lu na morbi inchoati tempore coluit, sic enim facto reliquos omnes tam Criticos quàm Indicatiuos & Intercidentes (filo lineis singulatim ad moto) ob oculos in Zodiaco per gradus & minuta signatos cernet. Natura enim hac in parte curiosior est, neq; morbum prius aggredi tur quam auxilii tempus presto sit, id quod potissimum quadraturæ & oppositiones afferre solent, Quarti enim & oppositi aspectus ideo Crisim efficere verè solent, quod his temporibus non amplius humori à principio peccanti Luna adsit, sed aduersaria huic inueniatur, natus ramq; potius stimulet, oppugnatrix morbi veritus. Illos autem Lunæ aspectus non solum obseruabis quadram sez & oppositionem, sed etiã alios qui Indicatiuos & Intercidentes causant, semper tales intelligen do à morbi incipientis gradu factos, quoniam & tunc Luna quid futu rum de Crisi, id est, an salubris nec ne, euentura sit, ostendit, id quod perfectius iudicabitur tum demum, si figuram cœli secundum illud tẽ pus extructam perspexeris. Si tempus post hac Criticum, Indicatiuum vel Intercidens scire velis, vide quo die Luna gradus illos ingres sura sit, qui à lineis dierum illorum ostenduntur. Sic, meridiem eiusdem dici inspice, quo in loco Lunam habeat, que res per organum Lu næ vel per Ephemerides æque sciri potest, loco Lunæ ad meridiem ac cepto, aduerte num gradus Criticos vel Indicatiuos &c. eum superet nec ne, si enim excedit, tum hora Crisis vel Indicationis post meridiem euenier, qua propter in quot gradibus fiat excessus notandum est, pro quolibet gradu horam ȝ ♒ 52 vel si mauis simplicius, horas 2, & pro dimidio gradu horam vnam vel 4 ♒ minus, si ad vnguem vis, computando, sic enim proxime aut perfectè horam inueneris, qua na tura cum morbo certamen sit initura. Si vero locus instrumenti meri die requisito minor inueniatur, similiter graduum numerum in horas ante meridiem partire, vno gradui duas vel ȝ cum 52 ♒ tribuens, & prope verum horam Crisis vel Indicationis &c. habiturus es, & hoc secundum Lunæ motum medium. Quod si exactius adhuc desi deras, motum Lunæ diurnum dici propositi debitum quærito, vide facilimè proportionum regula horam inuenies hunc in modum. Primo loco motum diurnum, Secundo loco 24 horas, Tertio vero di stantiam loci Indicatiui à meridie ponas, vt, motus diurnus dat 24 horas, quid distantia? Perfecta regula, quotiens horas & minuta re

Institutio instrumenti pro Crisi indaganda.

Qua ratione Crisis contingit.

Quomodo Crisis horasit inquirenda.

mittit. Hac obseruata cautione interim, q; si distantia sit antemeridiem, quoties demitur (vt si prodeant horæ 3 antemeridiem, iam subtrahantur à 12, & dicatur hora esse 9 antemeridiem) Pomeridianus vero per se relinquitur, quotiens, quicquid creat & à meridie nuncupatur. Quandoquidem vero Luna non æqualem indies motum peragit necesse est, dies quoq; Crisium inter se variari, nec in eundem semper diem certò incidere, frequentius tamen 7mo, & 14 secunda Crisis apparet, & ratio est, quod tam crebro illi de morbis præsertim acutis indicent □ & ☍, quorum alter in 7mo, alter in 14to die ferè contingunt. Est etiam tertia Crisis, quæ 20 die sepius aut 23 accidit, propter quadram aliam. Diebus itaq; Criticis omnibus habitis (quod de Criticis loquor, idem de aliis quoq; indicatiuis & intercidentibus dictum volo) figuram cœli erige cum planetis & stellis fixis, præsertim insignioribus in Zodiaco vel propè hunc sitis, in eadem collocatis. Hoc facto locum ante omnia Lunæ contue re, eius accidentia singula memoria excipiens fideli, sez aspectus, passiones, secundum omnium aliorum planetarum motus, vtrum beneuolos, maleuolosq; sustineat. Simile iudicium de stellis fixis fac. Hæc etenim si omnia decentes fuerint sortita locos, Crisim proculdubio bonam naturamq; morbo præualituram pottendent. Si impediti orem Lunam videris, omnia contraria & infausta, naturamq; morbo succubituram iudicabis. Nisi cum indiciis præsentibus morbi materia pugnet, aut aspectuum infortunia in Haitz, id est, similitudinibus suis consistant, id quod salutis exemplum potius esse solet, quanq; per accidens, vt si affectus sit flegmaticus, id est, Frigidus & humidus, Luna vero radiatione quadam communicet Marti calido & sicco planetæ, vel econuerso. Aut si in morbo bilioso Luna frigidius & humidius astrum incolat, Planeta enim tunc esto per se obesse soleat egritudini, sua tamen natura aduersatur adeo, vt virtuti naturali contra morbum potius auxilietur. Simile quiddam de prosperioribus stellarum tam fixis quàm errantibus cæteris statuitur. Nam si harum aliqua morbo in crasi, id est, temperatura disconuenit natura sua, crisim remorari videtur, quàm tamen ob genuinam bonitatem non omnino tollit. Indicium est par in omnibus 30 figuræ angulis, vno animaduersu, sez quod in criticis angulis pugnæ vehementiores oriri quàm in alijs soleant, propter euidens dissidium signorum, quod ratione qualitatum & sexus in quadris & oppositionibus habent. Mediocre autem in Indicatiuis, & quasi nullum in intercidentibus discrimen reperire est, quare leuissima his posterioribus, naturæ & morbi prouocatio sentitur, nisi forsan accidens aliquod grauioris luctæ causam inferat, quemadmodum si luna planetis vndiq; iniquionibus pressa, locoq; deiecto & infausthiore circumsepta per talem intercidentem esset, indicatiua autem figura Lunam rursus beniginiorem per omnia exhiberet, tum enim hæc dies alia fœlicior esse cũr non possit? Reipsa Indicatiui & Intercidentes aspectus dici nequeunt, quia tamẽ viciniores aspectus quàm alia loca sunt, iccirco cum à Luna permeantur non infrequenter natura insurgere egritudines aduersum, materias earum digerendo coquendoq; consuevit. Non prætermittendũ hoc quoq; sez in die critico plerumq; egrum mori, Luna cum aliquo planeta maligniori coniuncta vel aspectu infœliciori participante, & maxime consimili in temperamento planeta cum morbo existente. Contrarium porrò si planetis & stellis fixis secundiotibus saltem iungatur, fieri. Fit & aliquando Crisis 5 die, Luna ✶ occupante, vt decimo quoq; △ Lunari existente. Sed his quàs iam enumeraui mus potissimum rationibus nempe accidentium vsuueniunt. Neq; vero repugnat illud Hypocratis, Quartus index Septimi, vbi quartum & non quintum nominat Hypocrates. Cum etenim ille de crisibus præcepta regulari quadam methodo vellet astrorum imperitioribus non omnino ignoranda tradere, septimum autem & 14 Criticos tanq; insigniores exprimere conaretur, per quartos incedere tutum iudicauit, ideo factum sanè vt quartum potius quàm quintum interferere Criticis vellet, sicut etiam 11 potius quam 10 eadem de causa, quamq; trinus tam in 10 quam in 11 incidat, & per consequens etiam crisis. Eodem modo 20 dixisse Hypocratem putaueris & non 21, cum tamen non minus 21 q; 20 iuditia eueniant. Porrò Crises mutari solent non modo syderum ratione, vti audiuimus, sed aliarum quoq; rerum quæ medicis numero sex sunt, quæ distichum eiusmodi comprehendit.

Quo modo ex figura Crisis cognoscatur salubris vel insalubris.

Materies, Virtus, Medicus, Symptoma, Minister, Sydera, tot crises euariare solent.

Causæ variationis Crisis.

¶ Sed quomodo singula fiant non est præsentis instituti docere, vbi præter astrohomica nihil promittimus. Ad propositum igitur reuertentes reliqua percutramus. Luna vel in morbi principio, vel in Crisi quacunq; aspectu carens alio simpliciter neq; bonum neq; malum significat, verum in huiusmodi aliquo tempore si cuiq; planeta rum conspiciatur naturam eiusdem tam æqui quàm iniqui, sequi solet, infirmo quidlibet ingerens. Quod si morbi principium Lunam obtineat aliquo aspectu participẽ, nõ autẽ in die Critico post, crisim impediri cõtingit. Egritudinis initio si Luna quatuor angulorũ aliquẽ occupet, tũ accedés indiciũ certũ in significato qualicũq; fuerit cõstituit.

Passy



Passa vero eclipsim Luna, crisis tempore, indicium est malæ. Eodem tempore si planetam sub radijs Solaribus constitutum inspiciat Luna, nihil definiendum erit, quia pauloplus nihilo/ imò nihil omnino virtutis hic aspectus obtinet, similiter in Crisibus iudica, nisi Saturnus aut Iupiter aspiciantur, qui 6 gradibus à ☉ elongati & orientales, tum vnà vim suam ostendere possunt, sicut & si Mars, quem tamen oportet 30 gradibus ad minus à Sole distare orientalem, reliquos autem ad 15. Nam si eorum aliquis cum Luna aspectum efficiat remotior 15 gradibus à ☉, signum non bonũ fieri solet. Tres [illegible], occidentales si sunt, id est, post Solem occidunt, remotiores 15 [illegible]bus, prauum quiddam similiter testantur. Venus & Mercurius [illegible]tales & minus 15 gradibus à Sole remoti, iniquiores sunt [illegible] Hoc temporis si fiat signum ascendens Aries vel Li[illegible]lorum aliquem possideat, certissimam crisim in □ [illegible]ressa afferet. Luna itidem aucta lumine, morbo [illegible] Marti simul conspecta, significat egrum pericli[illegible] quando □ vel ☍ sui gradus attigerit, Sed [illegible]um intueatur, tũc in □ vel ☍ cõspecta post, [illegible]it, ita tamen, vt eger sit euasurus, tametsi egrè. [illegible]mine simul aucta Saturnũ intueatur Luna, nul[illegible]io est sequutura, illa □am vel ☍nem efficiente. [illegible]m quoq; illud egrotum subinde grauari diebus qui[illegible] aliquot infaustius lumen aspicit, & eo grauius affici, [illegible]at in termino aspectus infortunati consistere, veluti [illegible] ægrum saluari rursus & reuelare contingit, secundo [illegible]ius accedente Luna. Luna sub initii tempus crescens, si[illegible] morbum in □to vel ☍to, salutiferis tantummodo radiis [illegible]tibus finitum iri, infortunatis vero accedentibus ægrum leta[illegible] omnino affectum iri. In huiusmodi figura cœli ad morbi principium erecta, septima domus diligenter inspiciatur, in ea enim planeta malignior si locetur, aut alius radijs suis eum comprehendat, vel si dominus domus infœlicior sit, quoniam medici significator, qui dominus est 7mæ domus pati videtur, notabit laborans medicum præsentem deserendum, & aliũ deligendum, Coniunctio ☽ & ♄ni occupans morbi principium, eundem longiorem fore præsagit. Initiũ affectus si Lunam cum Marte vel alio calido & sicco sydere, & maximè cum suę fortitudinis receptione conuenientem habeat, morbo itidem calido & sicco existente, certus sis eundem iri auctum post, secus vero, si frigiditate morbus præpolleat. Fieri potest vt ♃ et ♀ licet beneuoli prædicentur, ægro tamen officiant, idq; si in natiuitatibus laborantium, loca morborum, id est, sextam 8 & 12 domos incoluerint. Per hæc autem ex natiuitate certius de morbi statu astrologum iudicare posse nemo non videt. Deinceps Lunæ, Solis, & aliorum planetarum beneficia, id est, optimas eorundem in angulis constitutiones breuiter absoluemus. Primus est foelicitatis status, cum beneficæ stellæ fortunæq; ipse cũ Luna in angulis cõiunguntur, Secũdus, si beneficis irradiatiõib⁹ à beneficis stellis illustrãtur. Terti⁹ si à fortunis ipsis beneficisq; stellis corpore vel lumine circũdãtur ante vel retro. Quartus si autoritatib⁹ fortunaꝝ fuerint collocati Luna vel Sol vel planete vel anguli, vt in suis finibus, domiciliis, altitudinibus, triãgularitatibusq; &c. Quintus si in suis similitudinibus, quas Haitz vocant Chaldei, reperiuntur. Sextus si in cardinibus vel succedentibus. Septimus si cœco despotes anguli, id est, loci dominus quem hospitatorem dicunt, bene etiam affectus sit. Tot sunt conditiones vel status, vel constitutiones euentuum prosperiorum, totidemq; præsagiorum malorum contrariæ dispositiones inueniuntur. Adde morbos acutos & veloces Lunæ, Cronicos vero, id est, eos qui longiori tempore durant siue tardos, Solis cursum imitari. Et hæc de Crisibus, diebusq; criticis dicta sufficiant.

ASTRONOMICI CAESAREI
PARTIS PRIMAE
FINIS.

Meteoroscopion planum Apiani.





TRONO
CI CAESA·
·I PER PETRVM
APIANVM CONCIN
NATI PARS SE·
CVNDA.



ASTRONOMICI HVIVS PARS altera totius primi mobilis commoditates seu vsus completitur, quæ omnia prius per instrumentũ, meteoroscopiũ planum nuncupatum, ostẽduntur, post demonstrationibus geometricis firmissimè approbantur, & hoc subsidio sinuũ cordarumq; computi. Admonitum tamen lectorem pium hic volo, ne omnes meteoroscopii præsentis vsus arbitretur simul tradi, cosmographicos nempè proprio in volumine est visurus vbertim, vbi etiam discet non modo per hoc & istiusmodi meteoroscopia plana, queuis huius negotii deprehendi posse, verum etiam per numerale quoddam meteoroscopium insuper adhuc adiectum. Præter hæc tamen si quis desideret meteoroscopiorum à me repertorum vulgatorumq; structuras, seu fabricam, illum ad planisphærium nostrum relego, vbi præter illud, & alia scitu digna, omnium penè astronomicorum reperiet instrumentorum structuras, vt sic loquar, siue compositiones. Sed quamuis nemo non cordatiorum reliqua primi mobilis commoda, ex iam proximè sequenti triangulorum enunctiato sufficienter hauserit, nihilominus tamen adhuc rem magis apertam rudioribus esse cupiens, obseruationes quasdam cometarum pro colophone subnexui.

ENVNCTIATVM PRIMVM

Instrumenti partes summatim eiusdemq; vsum omnem breuissimis colligere.

Organum



Basis quadrantis Primi — Basis quadrantis Secundi — Basis quadrantis Tertii — Basis quadrantis Quarti — Basis quadrantis Quinti

ORGANVM HOC CVI NOmen meteoroscopio est, eo quod ea quæ cumq; in sublimi considerantur, in hoc veluti ob oculos ponimus, quatuor partibus constat. Lateribus duobus, limbo & area. Per hæc enim quatuor, sphærici trianguli negotium omne, vsus, cõmoda vniuersa ad vnguem patent, cuius equidem trigoni singula commoda quadrantibus quinq;, ostensurus sum clare, eandemq; exemplis euidentissimis approbaturus, simulac instrumenti membra declarauero. Sciendum itaq; duplicem additum adhoc organum patere, quorum primus arealis, secundus lateralis dicitur. Arealis in instrumenti area. Lateralis in linea A B seu limbo B C absoluitur. Duo autem ad ingressum huiusmodi desiderantur, per quæ alia duo velut adhuc incognita eliciuntur. Adhæc, quia in omni trigono rectangulo sphærico quinq; scitu necessaria se offerunt, id circo duplici opus est ingressu, quando simplici hoc idem confieri nequit. Lateralis introitus bifariam haberi potest. Primo si numerus alter lateralis in linea A B inuentus cum margarita notetur. Deinde filum in limbo promotũ laterali numero alii superducatur, sic enim margarita numerum arcualem ostendit, qui inter lineas transuersas continetur. Numerum itidem fundamentalem, vt sic dicam, seu basim in linea A C per circulum ex B litera cadentem, petq; margaritam in A C vsq; porrectum indicat, vt in exemplo liquet. Numerus lateralis alter 40, alter vero 50 graduum sit, vnio 40 teneat in linea A B in puncto E, Filum autem latus aliud, gradum sex 50 in limbo, quod fit in puncto L, exprimat, & margaritam circulum transuersum 30 vez graduum in puncto G dederit, quod si ex quisitius tractes, gradus 29 M 30 occurrent. Cui rei demonstrationem apertissimam tertius quadrans exhibebit. Secundus introeũ di modus iste est. Gradus 50 requirantur in linea A B, cui margarita superlocetur, postea filum si tendatur per 40 æque ac prius 30 gradus ab vnione scindi videntur, id quod in primo quadrante per literam h insinuatur. Adhæc quomodo verius cognoscantur numeri areales, qui per transuersales circulos significantur, quarto in quadrante proposui. Quin etiam noto iam altero laterali, arealiq; ingressus arealis dicitur, idem duplici via absoluendus. Prima, laterali numero in linea A B quæsito, margaritaq; ad eundem inducta, filoq; in limbo donec arealis circulus à margarita contingatur, hinc inde promoto filum in limbo numerum lateralem alterum designat, quam rem secundus quadrans habet. Secunda, lateralis numerus iam notus accipitur, per eumq; vbi filum transmissum est, quo in loco arealis numeri arcum secet, obseruatur, illuc enim vnio figitur. Postea vero filo super lineam A B deducto numerus alter lateralis à margarita ostẽdatur, id quod in quadrante etiã secundo imaginari licet, si punctum è ignotum sit. Iam per numeros binos cognitos tertium ignotum inuenire didicisti. Quartum igitur vt habeas pariter, quadrãtem primum inspice, in quo numeri omnes tam noti quàm ignoti continentur, vbi etiã quartus offenditur, qui in triangulo eodem basis dicitur. Nunc ad numerorum nomenclaturas veniendum, Quorum primus est, qui ὑποτείνουσαν trianguli representat, per A B lineam indicatus. Lateralium vnus super linea A B quærendus semper lineæ A C par existens. Secundus numerus per arcum C B significari solet, nihil aliud existimandus quam angulus A trianguli H A M. Tertius arealis dicitur in arcu transuersali D I reperiendus, latus H M referens, quod trianguli κάθετον, quasi dicas latine perpendiculum, significat. Quartus vocatur trianguli basis, id est fundamentũ & in linea A C quæritur, hæc basis noscitur sedulo per punctũ H, Nam H D linea totidem, gradus quot linea A M continet. His iã numeris adiicere potes, quintũ insuper, per angulũ H istius triãguli intelligendum, quem si reperire forsan malis triangulum inuertas necessum est, ita vt ex H M basim constituas, A M vero Kathetum, hoc enim facto angulus H in punctum A recidit. Et arcus R C quantitatem anguli A exhibet. Hoc igitur pacto, & his regulis totius primi mobilis negotium, si modo non plane communi sensu careas adamussim examinare poteris. Huic vni intentus vt triangulum superficicip; sphærali congruum tuo pro instituto effingas.

Ingressus instrumenti patet. Arealis. Lateralis.

Duplex arealis eundi modus. Lateralis introitus bifarius.

Nomendatura numerorũ trianguli.

¶ Consequens est, vt triangulos quoq; sphærales non rectangulos enumerem, eosq; in meteoroscopio hoc plano imaginandos doceam. Trianguli ergo huiusmodi trifariam, vt antea quoq; meminimus, figurari possunt. Aut enim in his omnia latera sibi correspondent, aut duo dumtaxat, tertio minore aut maiore, aut omnia simul inter se dissident. Conuenientibus omnibus, vnum aliquod in medio secandũ est, cuius medietas vna si sumitur, latusq; adhuc aliud, competa duo latera habentur, quibus cum deinceps reliqua huius meteoroscopii commoda inuestigare ex prædictis nosti. Medietas enim quælibet trianguli est rectangulus. Duo si latera trianguli conueniant, tertium vero arctius aut amplius sit, idem in duo partiendum est. Et triangulus quoq; integer in alios duos triangulos rectangulos sectus est. Cum quibus iuxta præcepta agendum de cætero, duo enim latera cuiusli bet agnita sunt. Inæqualibus trianguli lateribus cunctis, compertis tamen, sic age. Duo laterum breuiora in linea A B vnà cum numeris suis quærito, filum deinde alterum super lineam A B ducito, margaritamq; super numerũ eiusdem, filũ postea secundũ rursus in linea A B extende, & vnionẽ nũero alteri superadde. Post hæc fila singula manibus singulis cõprehẽde, eaq; in limbo iã sursum iã deorsum quousq; vniones ambo vnũ & eundẽ in area arcũ incidant, congruum tamen promoue, congruum dixi propterea, quod bases amborum coniunctæ, latus trianguli maximũ æquent. Tunc enim arcus area lis, cui margaritæ innituntur, communem arcum refert, eum sez qui triangulum hunc inæqualium laterum in binos alios trigonos scindit, quorum singuli diuersas bases continent. Exempli causa. Esto B H D triangulus inæqualium laterum, quorum B H 36 gradus, H D 42, B D 50 ij & 20 M complectatur. Per instrumentũ hoc latus commune reperitur, illud quod trigonum istum in binos rectangulos, 30 vez gradus & 34 M, quale quiddam representat H F, diuidit. Minimi trianguli basis A M 20 gradus includẽs, maximi autem basis 30 ij 20 minuta complectens dicitur. L C quantitatem anguli H B F refert, trianguli minoris, K C vero quantitatem maioris trianguli H D F præstat, & hoc modo triangulus ille laserum inæqualium in binos alios rectangulos trigonos resolutus est, quorum quilibet latera duo nota continet. Iam si quid amplius libet inuestigare, licebit, si prædicta reperantur memoria. Quicquid autem de triangulis rectigonis iam traditum est, illud totum sequentes figuræ iterant clarius.



Quomodo triangulus nõ rectangulus, ea ratione in duos rectãgulos resolui potest.

¶ Eosdem trigonos irrectangulos alia etiam ratione per quartam videlicet circuli partem, siue quadrantem mauis appellare, in alios duos trigonos resoluere potes, ita vt omnia eorum latera constent, vt nomine exempli. Primus resummatur triangulus, cuius omnia latera æqua sunt. Ponuntur autem singula 42 graduum esse. Constituo itaq; quadrantem A B C in quo statim 42 gradus pro basi propositi trigoni, qui vocabitur B F D, in B ordiens versus C, numerata cum D litera signo, simulq; per D lineam rectam ex A puncto educo, quoniam vero latera inter se æqualia sunt vicissim ex D litera perpendiculatem super A B lineam demitto in puncto K desinentem. Similem ex B super A D in puncto I finientem perpendicularem duco, sic vt ambę illæ in H puncto sese diuidant. Iam igitur ex A centro per literam H recta linea ejecta, arcum quadrãtis in F tangit, & arcum B D in partes æquales secat. Post hæc iterum ex H orthogonalem D versus sursum erigo, & lineam hanc quadrantis arcum H F dirimete in puncto L conspicio, adeoq; F L latus iam commune triangulorum duorum partialium, id quod antea H F dicebatur, esse vero gradum 37 M 35. Similiter B F & F D graduum 23 quemadmodum inter sequentes prima & tertia figuræ ostendent, continere video. Vbi duo trianguli latera concordant, tertium vero minus est. Exemplum esto superior figura, in illa enim duo latera 42 gradus, tertium 20 complexum fuit. Pro pone igitur gradus 30 in quadrantis limbo, quacunq; libet ex parte initium illorum litera M finem D exprimat. Post hæc è centro A duas protrahe, alteram in M, alteram in D rectas lineas, hęæ enim intra

intra se 30 gradus quoq; claudunt. Deinde M D arcum dispesce in puncto F, lineamq; in idem F ex A centro produc, nec non ab M versus C 42 gradus numera, cumq; L nota, eosdem gradus à D contra B computatos cũ N signa. Nunc perpendicularis educta ab N in A D punctui I coincidens cum alia perpendiculari erecta ex L in A M & in litera K definens, coĩt in puncto H cum priore. Inde rursus alia orthogonalis L versus emissa, circuli in O litera contrectet, 30 gradus 42 M complectens, latus hic commune H F est, veluti secunda & quarta figuræ docent subiectæ.



Quid est triangulo cui tria latera inæqualia sunt, agatur.

¶ Quod si triangulus omnia latera dissimilia habeat, aut duo quidem similia, tertium tamen maius, huiusmodi exemplo rem exequere. Primo tribus lateribus pugnantibus, vbi primum latus 36 gradus habeat, secundum, 42, tertium 50 & M 20. Commune igitur latus reperturi H F, locumq; F in arcu B D sic agimus. In quadrante maximum latus deligimus, quale est B D, literas deinde A & D recta connectimus, mox è B versus C latus 42 graduum requirimus, cumq; E puncto inscribimus. Tertium dein latus 36 graduum sez à D contra B excipimus, & cum G litera signamus. Perpendicularem post hæc ex G in A D promouentes in puncto I terminamus, sicut etiam aliam ex E suscitantes lineæ A B inducimus in punctoq; K finimus, per illarum sectionum qualis fit in H puncto rectam è centro emittimus, quæ in puncto F definens com-



tunis lateris locũ nobis ostẽdit. Itẽ perpendicularem ex H erigentibus versus C, ea circulum in L secate cernitur, perq; merito F L arcum sez 30 gra. 34 minutorũ latus cõmune B F basim trianguli minoris 20 sez gra. F D autẽ basim maioris 30 gra. & 20 m cõtinentẽ pronunctiamus. Idem operandi modus in trigono fuerit, cui tertium latus maius duobus conuenientibus sit, semper autẽ in hijs maior lateris arcus primũ quadranti imponendus est, eo quod basis esse postulat, non aliter hoc modo cum B D agi visum est, vbi etiã F punctus requiri solebat. His itaq; paucis vniuersum primi mobilis opus seu intellectum abundẽ consequi licet, quæ tamen nõ quod pauca sint, quod preciosa, prudens lector nunq; non admirari, sat scio volet. orum forma præcedit.

VNCTIATVM SECVNDVM

ni mobilis commoditates gæometrica demõ cillima agnoscere.



VM PLANETARVM A NObis iã cursus vna cũ primi mobil vsib⁹ facillima, necvnq; antea producta fidelitate, quantum ego quidem video, expositi sint, superest vt eiusdem primi mot⁹ contemplationem pari facilitate producam, clarissimaq; demonstratione sitmem, hoc enim vbi fiet, spero futurum omnino, vt astronomico huic nihil prorsus deesse quisq; quæri possit. Ignosci vero mihi ab omnibus postulo, si hac in parte succinxior fuero, neq; in numeram propositionum congeriem, sicuti in mathematicis demonstrationibus vsu venire solet, adduxero, animus siquidem est rem breuissimis absoluere, quamobrem vna dumtaxat Euclidis inductione contentus ero. Quod si primi motoris tractationem ingredi penitus tentẽ, vereor ne pletisq; ingratum faciam, presertim geometricarum certificationum rudioribus. Sed quia rem omnibus planam esse volo, paucissimisq; traditurum subinde pollicear, vnico interim Euclidis axiomate prestare conabor, est autem 4 hæc Euclidis propositio libri sexti, quæ sic habet. Omnium duorum triangulorum quorum anguli vnius angulis alterius sunt æquales, latera a quos angulos respicientia sunt proportionalia. Propositionem illam breuiter, triangulis binis propositis, hunc in modum elucidabo. Primus esto A B C, Secundus D E F, horum vero amborum anguli interse omnes cõuenientissimi sint, sic vt angulus A angulo D, angulus B angulo E, angulus C angulo F per omnia respondeat. His angulis sibi assimilibus, latera quoq; proportionabilia vt sint, oportet. Sic enim primi trianguli latus A B cum secundi trianguli latere D E, sicetiam A C linea primi cũ linea D F secundi, rursus B C prioris cum E F posterioris trianguli, lineæ conueniunt. Nec non A B linea habet se ad B C lineam, sicut latus D E ad latus E F. Id quod adhuc magis obuium fuerit tyroni cuipiam triangulos illos ambos sibi ipsis superpositos imaginanti hoc pacto.

Propositio Euclidis 4 libri 6.



Quid agendũ huic, qui vsus primi mobilis intellectur⁹ est

¶ Commoditatem igitur motoris primi, quamcunq; aliquam rimaturus, ante omnia triangulum quẽdam sphæricum rectangulum animo concipiat, vt si cogniturus sit, quãtum Leonis initium ab ecliptica diffet, trigonum primo sphæricũ formet, tibi autẽ, quia vicinissima Leonis principio ecliptica est, iuxta Libræ initiũ, vbi æquinoctialẽ transit, quarta eadem illa arcui G L K conferenda erit, sicut etiã proxima æquatoris quadra literis G Q H committenda fuerit. Præterea Leonis initium L litera, G autem principium Libræ referente, G L arcus gra. 60 pronunctiandus est, & solis declinatio longissima K H 23 gra. videlicet 30 mi. digenda est, eiusdem cum K H quantitatis est angulus L G Q, qui latus K H includit. Sciendum vero est, omnẽ trigonum non pluribus q; tribus angulis, tribusq; laterib⁹ cõstare, e quibus duo, si nota sunt, reliqua quoq; hac ratione constabunt. Palam est ecliptica M K L G & æquinoctialis M H Q G superficies sese per diametrum G N M scindere, angulumq; ob id vnuquemq; ab M versus G constituere, vnde si nunc a litera K recta in cẽtrum sphæræ M diducis, rectam similiter ab L in diametrũ G M, eãdem tamen orthogonaliter in puncto N secantem protrahis, lineas M K & N L æquidistare cernis. Præterea si perpendicularẽ demittas a K super balim M H, eam O punctũ deferetur, quemadmodũ etiam

etiam ex puncto L perpendicularis demissa. superficiem M H G in litera P incidet, ita bini trianguli, alter M K O, alter N L P lateribus angulisq; conproportionabilibus efficiuntur. ¶ Nunc ergo declinantis Leonis arcũ sez L Q, vt propositũ est, inspiciamus, dicẽdo, M K sinus integer, producit K O, maximæ declinationis sinum, quid N L, qui sinus est arcus G L, creat? Hic iuxta regulã pergenti, quotiens L P, sinum arcus L Q, quem quæsieras, remittet. Et in hunc modũ Regimontanæ tabulæ primo mobili deseruientes, supputatæ sunt. Cõsequẽter reliquas etiam & angulos & latera huius sphærici trigoni, vnde vniuersa primi mobilis cõmoda lucẽ accipiũt, inquiremus. ¶ Ponamus itaq; G L & L Q arcus cognitos, quare angulum L G Q, quia ab arcu K H significatur, scitu rus pergo, inquies N L, qui sinus est arcus G L, producit L P, quid sinus M K? vbi si regulã imitatus quotum cõtulero, quantitatẽ lineæ K O reperio. Cuius arcũ vez K H requiris, verã totius anguli L G Q capacitatẽ cognosco. ¶ Esto iã arcus G L ignotus, angulus vero G & arcus L Q cogniti, G L itaq; arcũ habiturus dices, sinus anguli G sez K O producit K M, sinũ integrũ, quid iã L P, qui sinus est L Q arcus, profert? Pro regulæ operatus modo N L lineæ quãtitatẽ agnosces, cuius lineæ arcũ si assummas, cũ priore pro voto rẽ absolueris.



Primæ demõstrationis vsus.

Quo fundamento tabulæ primi mobilis fiant supputatæ.

Secunda demõstratio.

Via tertiæ demõstrationis.

¶ Itẽ G L Q angulus & arcus G Q lateant, quos simili via deprehensuri simus. Arcus ergo G Q H cũ vna circuli quarta sit, & 90 gra. cõtineat, inquirendus Q H nobis arcus est. Qui inuentus & 90 gradibus sublatus, residuũ nobis G Q sez arcũ reliquit. Quã rẽ occulari demonstratione rursum asserturus superficies binas, vt antea iam ginor, veluti Solsticialis colurus I K H vna cũ semidiametro suo M H, & axe I M vnã superficiẽ, siue vt quadrãs I L Q cũ axe I M & semidiametro M Q alterã cõstituit. Trigonũ ergo nũc qualẽ supra habes I L K literis distinctũ, cuius latera duo supponimus esse nobis cognita, sicut L K, quod arcus G L cõplemẽtũ est, & I L, quod latus idẽ quoq; arcus L Q cõplemẽtũ est. Quoniã vero arcus Q H cõplectitur angulũ L I K, angulus I querẽdus superest, quẽ eodẽ vt supra angulum G inuenimus, modo offendemus ita. Linea perpendicularis ex L puncto ducatur super axim I, illa enim in S pũcto terminatur, sinumq; arcus I L significat. Aio proinde, S L cõtinet L V sinum arcus L K, quid linus vniuersus, sez M Q lineæ possidet? Et proportio lineam Q T remittit. Cuius lineæ arcus est Q H anguli I quantitatẽ referens. Vnde si Q H arcũ à 90 demis, arcus G Q restat, ille qui quæritur est. ¶ Quod si G Q Demonstratio Quinta. prioris trianguli notus statuatur, G L vero ignotus, tũ L K arcus æque ac L Q superẽ indagabitur, hoc modo. Dicatur M Q totus sez sinus Q T progignit, quid S L? arc⁹ autẽ K L in quoto ostendetur, quo sublato à 90, arcus L G remanet.



Demonstrationis vsus.

¶ Trigoni prioris lateribus G L & G Q manifestis, L Q latus minus cognitum per alia duo cognosces, si hæc proportione vsus fueris dicens, T Q dat Q M integrũ sez sinum, quid V L promittit? Q H enim & K L arcus iã liquent (cõplementis eorundẽ apertis) in quoto L S lineæ magnitudinẽ videbis, cuius arcus est I L, cõpletrũ vero L Q hoc mõ quæsitũ offert. Vt patet in præcedẽti figura. ¶ Restat vnũ adhuc primi illius trigoni nondũ ventilatũ, videlicet G L Q quantus ibi angulus L sit. Illud autẽ duobus videre modis licebit, primo huiusmodi. Quandoquidẽ L Q iã patet, cõplementũ quoq; sui, quod ad C vsq; sese extendit, ei adiiciendũ est, sicut etiam arcui L G cõplemẽtũ sui, quod ad B vsq; protendit addendũ. Dicendũ erit ita. Sinus L G arcus, sinũ arcus G Q emittit, quid sinus totus causabitur? Ibi quamprimũ quoties B C arcũ ostendet eum, qui propositum angulum G L Q includit, similiter angulum I L K angulo G L Q æqualem, tanquã contrapositum. Secundus modus ostensionis est talis, vt si dicatur, sinus arcus L I progignit sinũ arcus I K (vterq; enim illorũ præscitur) quid sinus ingignit? Appositè iã tractanti cætera, arcus Y X occurret, quantitatem anguli I L K referens. Sic ergo bifariã idẽ demõstrauerit. Cuius secundæ demonstrationis rationẽ ita intellexeris, si triangulum L I K æquæ atq; G L Q trigonum imagineris constitui, sphæricãq; illã trapeziam I Y X K, per omnia similem trapeziæ L K H Q, quapropter eadẽ via demonstrandi est, Y X seu B C, quæ fuit antea in designãdo K H arcu, quo demõstrato, angulus sibi oppositus G L Q & I L K, qui duplici via æquales iã repetti sunt, assequut⁹ es.



¶ Accidit interdũ qđ triangulus sphæric⁹ rectũ anguli nullũ habeat, verũ latera tria nota. Angulos autẽ vt cognoscas eiusdẽ trigoni fieri non potest, nisi eundẽ in duos distribuas, ita vt quilibet rectũ cõtineat angulũ, quo facto, promptũ omnino singulorũ angulorũ spacia secũdum iã allatã demonstrandi methodum dimetiri. Trifariã ad hæc triã gulus nonrectangulus exhiberi potest, aut enim tria, aut duo latera equalia habens, aut tria simul inæqualia complexus, proponitur. Triũ laterum equalium triangulo, qui & æquilaterus appellatur proposito, eius vnum aliquod in duo per mediũ in puncto F seca, arcumq; ex puncto H in F vsq; prodeuntẽ existima, ille enim propositum tibi trigonum in binos rectangulos dirimet, post quod angulos simul & latus illud commune demonstrandi via iam dicta perdisces.



¶ Quod si duo habeat adæquata latera triangulus, qualẽ insequens figura præfert, tũ latus tertiũ ambob⁹ æqualibus insertũ similiter in duo partire, & hoc in puncto F. Iã si ab H id est, angulo lateri huic aduerso, arcũ in F vsq; protẽderis, triãgulum tibi propositi, ab eodẽ in duos triangulos rectangulos dispesci animaduertes, quos quidẽ triangulos, quanti sint, adducto sæpe ostẽsionis modo deprehẽdes. Sequitur nũc figuræ triãguloq;, in quib⁹ latus H B lateri H D assimilis ostẽdit. Tertio triãguli latere, vel maiore vel minore duob⁹ alijs existente.



Alia demonstrandi via.

¶ Aliter eãdẽ demõstrationẽ institues sic. Quoties triangulũ nõ rectãgulũ tria cõplecti inæqualia latera cõtingit, è quibus latera duo angulũ tria cõplecti inæqualia latera cõtingit, è quibus latera duo angulũ fusq; vnus cognita sunt, tertiũ vero ignorũ, quale in præsenti triangulo A B C, latus ignoratur C B, cõstant autẽ A B & A C, proinde tertiũ C B quoq; habiturus sic age. Principio arcũ B D, eũ qui ad angulos rectos sphærales super arcũ A G D G in puncto N ll D incidit



D inciditrequire,hoc autē adminiculo demonstrationis primæ fiet, arcui namq; L Q æquiparatur omnino, B D iam intellecto, C D quoq; arcus erit indagandus hoc modo. Demōstratio quarta ostendit latus A D triāguli A B D, quo habito,id quod ex hypothesi pri' cōpertum est A C ab A D demes,residuus autē arcus C D erit,ita nouum triangulum B D C cōstituisti, qui rectangulus in puncto D est, duobus ergo lateribus cōpertis, tertium quoq; hypothenusam scz C B ita offendes. Si C D basim esse existimas, D B autē cathetum, hypothenusam C B eodē modo quo in quinta G L arcum inuenisti, demonstratione cognosces,veluti clarissimē exponit figura subiecta.



Ubicalia via eundē triangulum condere licet, veluti si arcum A C maximum basi imponas, vt in sequēti figura apparet,hinc enim arcus B D orthogonalis inter A C cadit,quod vbi fit,prima cum demonstratione arcum B D lustra,cum quarta vero basim A D, postmodū A D subtrahe ab arcu A C, & relinquetur D C, latus quoq; cognitum. Iā rursus triangulum habes B D C, cuius latera B D & D C sciuntur,tertium vt noscas restat, sed hoc quinta demōstratio per arcū G L docet. Hæc itaq; licet pauca sint, sufficiētia tamen ad omnes totius ptimi mobilis vsus intelligendos fore non diffide.



SEQVVNTVR NVNC OBSERVATIONES COMETARVM quinque.

COMETARVM EXEMPLIS vsurus,oportune factutus sum si ā prioribus nō discessero. Visos ergo Cometas quinq; temporibus CAROLI & FERDINANDI Cæsarum ferè cōtinuos,pro institutione in præsens afferre non absonum mihi persuadeo. Atqui hæc nostra exemplificatio nō tam ob instrumenti vsum plenè exequendum studioſiori amplectenda erit, quā propter cometicā,si licet ita loqui ,stellæ essentiā perdiscendā, & maxime caudā observandam, qua de,neq; Philosophos,neq; Historicos,neq; Astrologos hunc vsq; in dē ptobanora saltē attulisse cōstat,vt taceā interim cōtēplationis modū, quē simsliter ā nemine vnq; priore ostēsum legimus traditūve,vnde nobis liqueret quo pacto & vetustisindagatorib' cælestes motꝰ cōstitissent,quē interim negligentiā,proh dolor deplorandā quis non videt? Sed esto nō arduū sit, quomodo cauda ā Solis radijs generetur cognoscere, nihilōminus tamē cōsultum indicare videtur, quo pacto & ipse meteoroscopii auxilio idipsum vez esse cōperetim, & hoc ideo, vt posteris quoq;,si quādo post vsus postularit aliqua qua cometas huiusmodi obseruent (quoniā hactenus, vt pace omnium dixerim, nulla vel perquā exigua fuit) ratio extet. Vez hoc nomine nō omnia cometarū genera inclusisse volo, quoꝝ alii radios circumcirca emittētes criniti appellant, alii caudas in terrā vsq; demittunt,qualis anno 1472. apparuit, cuius nō pauci adhuc memores reperiuntur senes, pauonis caudā vocantes,quoniā nō secus atq; lumē lucernæ inditum,terrę caudam defixerat. Alii alio modo caudas radioſq; proiiciunt,super quib' ā philosophis iā olim abundē dissertum est. Quo autē modo sequētes Cometæ quinq; caudas secundum Solem instituerint, demōstrandum assumpsimus,idq; sufficienter ex meteoroscopio presenti, quā quidem probationis viam aliās quoq; per numeros docuisse nos palā est. Præterea hac institutione vsus,licet non vna, sed multiplici ratione idem ostendat vel demonstret,contentus tamē erit simplici inductionis exēplo, quo & cætera per se non difficulter nouerit,breuitate enim omnia comprehendere non est.

COMETARVM PRIMVS

anno 1531 luxit,eo quo Augustæ comitia per Cæsares Carolum & Ferdinandum celebrata sunt, à die 6 Augusti vsq; ad 23 mensis eiusdem, cuius quo pacto obseruationem instituerim, nunc capitulis consequenter 16 aperiam.

DE OBSERVATIONE PRIMVM INstituta adornataq;, Caput Primum.

STELLA iā diebus aliquot conspecta, imò tertium decimum Augusti diem iā occupante de eius contemplatione cogitare solicitus cepi. Hic autē fixū Bootis astrum cum propē circulum verticalē cōsistere cernerem,eo presertim tempore,quo Cometa euidentissime post Solē occultū lucerer, nimirum 9°. 8 mi. 20 post meridiē,illico animū ad aliud trāsstuli. Sed obviet aliquis forsam me citra rationē sollicitatum, obseruare enim cometam Torqueti opera facillimum fuisse, bene quidē,& fateor, sicut etiam subsequens Torqueti declaratio patefaciet. Vez sic agenti mihi neutiquā caudæ ratio inuestigari potuisset, quare eo quē enumero modo procedi ā me debuit,per quē præter illud mobilis quoq; primi vsus ostē di potuerunt,id quod nō minus quā aliud laboraui sedulo. Primum ergo Bootis stellæ longitudo latitudoq; requirebantur,quoꝝ primum Alfonsus esse testabatur 14 gra. 8 mi ♎, secundum 33 gr. 30 mi septētrionale. Post hac ex tabulis eiusdē Alfonsi Augiam stelarumq; fixarum motus,qui & medius octauæ sphæræ motus dici potest,excependus erat,huiusmodi autē à tēpore Christi vsq; in apparitionis horā peragrasse videbatur ☽ 0 gr. 11 mi. 50 ☾ 39. Postea accessus recessusq; cursum, qui & octauæ sphæræ Argumētum vocatur, collegimus, qui erat ☽ 2 gr. 38 mi. 9 ☾ 8. Quē quidē motum deinceps in meteoroscopii limbo a litera C versus B requisitum, in puncto E finiti cōperimus. Filo deinde super lineā A B tenso, margaritaq; in 9 gra. eiusdē lineæ fixa, cum H litera expressimus, 9 enim illi gra. circuli trepidātis semidiametrū referunt. Filo rursus per punctum E extenso, margarita in area punctum F, vbi gr. 8 mi. 48 cernuntur, attingete inuenio. Hæc autē 8 uæ sphæræ æquatio fuerat,quæ medio eiusdem sphæræ motui adiecta, augē cōmunem, quæ est ☽ 0 gr. 20 m 5 procreat, totidē enim gra. & m stellarum errantium auges,inerrantiumq; loca à tēpore Christi vsq; ad obseruationis diem variata sunt. Eadem ratione, motus à Christo ad Alfonsum quoq; perquirens medium octauæ sphæræ motum ☽ 0 gr. 9 mi. 33 ☾ 38 offendi. Argumētum autem 8 sphæræ ☽ 2 gra. 3 mi. 34 ☾ 4, æquationem eiusdē, gra. 8 mi. 4, quę medio motui adiecta, augem cōmunem ☽ 0 gra. 37 mi. 14 creat, tot enim stellarum fixaꝝ loca, planetarumq; auges à Christo vsq; in Alfonsi tempera promouerunt. Vltimo augē minorem à maioti subtrahenti gr. 2 mi. 51 relinquuntur, quod quidem residuum augium & stellaꝝ fixarum progressus ab Alfonso vsq; ad obseruationis tempus indicat, iccirco illud longitudini Bootis additum, verum stellæ ipsius locum, Cometæ tempore, gra. scz 30 mi. 59 ♎ representat.





BOOTIS DECLINATIO EIVSQVE ascensio recta ceu cognita sit, Caput Secundum.

PRINCIPIO ergo quantitas anguli illius,qui iuxta libræ principium per ecliptica & circulum maiorem Bootem stellam transeuntem,causatur (is qui insigura sequenti per lineam A D representatur) inueſtiganda fuit, hoc modo. Stellæ Bootis longitudo in meteoroscopio ab A versus C accepta, gra. scz 16 mi. 59 cum puncto G expressa est, à puncto G sursum B versus latitudo quoq; gra. 31 mi. 30 numerata,cui pūcto F signabatur. Super F deinde filum cum margarita tensum in puncto E limbum secare cernebatur. Arcus autem inter C & E situs, anguli propositi quantitatem,quæ est gra. 64 mi. 34 ostendit. Filo iam denuo vnā cum margarita super lineam A B extenso, distantia Bootis à principio libræ quæ est gra. 35 offertur. Nunc solis declinationem maximam gra. 23 mi. 30 ab angulo prius inuento dementi, relinquuntur gra. 41 mi. 4, quærenda in limbo à C vsq; in I. Posthac filum per I ductum est, declinatio quæsita in area in dicaſ à margarita iuxta L punctum, quæ gra. 22 mi. 22 est Basis autem A K cōtinet gra. 28 mi. 8 inter rectas, & libræ & Bootis ascensiones comprehensa, quæ ascensioni libræ adiecta, ascensionem quoq; Bootis rectam scz 208 gra. 8 mi. produnt.





ALTITVDO BOOTIS SVPRA HOrizontem in circulo verticali. Item ascensio recta occidentis & medii cœli, quo tempore Cometa circulum verticalē attingeret, velūti depræhensæ sint. Caput Tertium.



Ootis post intellectam declinationem, poli Ingolstadiensis altitudo, vez 48 gra. mi. 40 in limbo meteoroscopii à C versus B numerata est, finiq; E litera apposita, per eandem mox filum transmissum, declinationem Bootis in Area contingebat, quod factum est in puncto F cum margarita superadducta. Rursus iam filo lineæ A B supertenso, margarita 30 gra. 35 mi. quo suple Bootes supra horizontem extat, quando verticalem circulum siue in orientis siue in occidentis parte cōtrectat, ostendit. Basis vero inter A & G discrimen dat ascensionum rectarum, tum Bootis,tum æquatoris occiduī, quale est gra. 23 mi. 38, quæ dempta ascensioni Bootis rectæ, æquatoris gra. qui horiz ōtem contingit, Bootę verticalem occiduum contingente demonstrat, quæ est 380 cum minutis 50. His postremo adiecti gradus 90, ascensionem medii cœli rectam, gradus nempè 270 m 50 constituunt.



QVOMODO GRADVS MEDII COELI in Zodiaco, eiusq; tum declinatio, tum altitudo supra Horizontem,deprehensa sint. Caput Quartum.



Andoq; æquatoris gradus ille qui est ascensio recta medii cœli scilicet 270 mi. 50, in quarta æquinoctialis quadra reperitur, eosdem gra. & mi. à 360 subducere oportet, residuum postea, quod est gra. 83 mi. 30 in meteoroscopii basi ab A contra C eundo numerandum, literaq; G signandum, per maximamq; Solis declinationem in limbo repertam filum tendendum. Mox à G sursum ad





fili vsq; intersectionem, & arcus numeranti gradus 23 mi 25 occurrunt, declinatio scz puncti ecliptici cœli medium contingentis. Inter sectioni huic fili scz & arcus G B margarita admouenda, filumq; super lineam A B inducendum, quo facto margarita gra. 83 mi. 44 ostendit, quos gra. & mi. contra signorum ordinem ab Arietis principio summenti, sextus ♑ gra. & sedecimum minutum offertur, medā cœli in Zodiaco locus. Declinationem vero, id est, 23 gra. 25 mi. subtrahens, æquinoctialis altitudini & hoc Ingolstadianæ (signum enim Capricornus meridionale est) gra. scilicet 43 mi. 20, residuum quod est graduum 37 mi. 50 altitudinem esse meridianam, quæ est 6 gra. 30 mi. ♑, cognosco.

ANGVLVS VT SIT RE ille quem meridianus cum ecliptica constituit boreali orientis,cometa circulum verticalem Caput Quintum.

DIstantia gradus medii cœli æquatoris & ecliptic. Arietis principio , item declinatione medii cœli e. prioribus agnitis, facile erat angulum quoq;, qualis est propositus, inuenire. Requirens enim declinationem quæ est graduum 23 mi. 25 in basi meteoroscopi & cum G litera quæsitam notanti, indeq; sursum B versus arcum imaginanti, nec non in eodem arcu distantiam medii cœli in æquatore ab Arietis principio gra: videlicet 83 mi. 30 numeranti, & cum F litera signanti, deindeq; filum super lineam A B,& margaritam super 83 mi. 44 (quæ sunt distantia medii cœli in Zodiaco ab Arietis principio) indacenti. Et postremo filum ab B versus C donec vnio puncti F teneat promouenti, filum in limbo anguli propositi quantitatem,& hoc per arcum C E, gradus nimirum 87 mi. 17 demonstrat. Hinc angulum nihil opus erat quęsiuisse, sed illi contrapositum meridionalem scilicet occidentalem, quia tamen facilior inueniendi ratio suppeteret, hunc præsentem, iccirco eundem demonstrare potius volui, Pro eo tamen contrapositō in cæteris vsurus, ratio siquidem contrapositorum eadem est.



DE GRADV ECLIPTICE OCCIDVO eiusq; à vero occasu discrimine,alius amplitudine dicto, insuper de 90 mo ab ascendente gradu,vno eodemq; operationis negotio reperiendis. Caput Sextum.



NHac inuentione opus erat iterū, velūti in superiori bus , aliqua trianguli cuiusdam efformatione A B G dicendi cuius vnū latus A G altitudo gra. medii cœli supra horizontē gra cōtinens 17 mi 59 manifestum ex 4. Capite erat, angulos etiam F A G ex proximo gra. 87 mi 17 constans. Proinde totidem in limbo meteoroscopii numerans cū puncto M nobebā, vnde sursum B versus aream gra. dinumernans ad sectionē vsq; filiiuxta F literam gradus 83 mi. 15 reperi, eadem rursus à contactu meridiani,& horizontis in parte australi occasum versus repetens punctum occiduum eclipticæ in ipso horizonte constitutum cognoui. Vnde totidē gra. à 90 dementi, occasus spatium siue amplitudo gr. 8 mi. 45 restare visa sunt, gr. videlicet eclipticæ & m à vero occasu meridiem versus distantia. Inde vbi margarita fili & arcus G B segmentum scinderet, filum autem in lineam A B rursus porrigeretur, tum ab vnione gradus 83 minuta 40 indicari cognita sunt, quem numerum resumens à cœli medio inchoans in Zodiaco ordinem



signorum contra rectè in gra. 14 mi. 36 ♎ deueni. Cui summæ 90 insuper gradus adiiciens iterum in Zodiaco ad 14 gra. 36 mi. ♑ delatus sum, locum eum quem scire institueram.



SEQVVTA ANGVLI QVANTI

…4 to gra. & 36 mi. ♎ sit, sicut ex aduerso in …quam 90 mi. gradus ab ascendente alti…

Caput Septimum.

…constaret ex premissis iam arcus ille quantus so… …puncto ecliptice occiduo & intersectione, tum …dia…itu horizõtis ex parte australi, eundẽ in me…oroſcopio illico resumpsi, erat autẽ gra. 83 m 15 ab A cõtra C eundo, resumptumq; G litera in …scripsi, à litera G sursum versus B. Denuo altitudi…nem ecliptice meridianã, quæ fuit gr. 17 m 59 nu…meri huius F litera insigniui, per punctũ deinde F …ctũ in limbo B C indicare punctũ K videbatur, distãs à …18 lat. 36, hæc est autẽ altitudo 90 m gra. supra horizon…tem includens angulum ecliptice & horizontis, tã orientis quã occidẽ…parte. Licet autẽ alia quoq; via angulus iste haberi queat, breuita…ti tamẽ consulens plura agere nolo, nihil enim dubito quin per …temet & reliquos demonstrandi modos ex hiis facile consequaris.



DE DECLINATIONE GRADVS ECLIPTI

ci descẽdẽte, per interuallũ sui occasus reperta, Caput Octauũ



NTeruallũ siue amplitudinẽ gra. ecliptici illius qui oc…cidebat obseruationis nostræ tẽpore caput sextũ de…clarauit, gra. scz 8 m 45 meridionalẽ fuisse. Hãc numeratã ab A versus B cum L litera margari…tæq; connecto, ab hoc autẽ altitudinẽ æquatoris In…golstadiani quæ in limbo gra. 43 m 20 habuit, cõ…spicio. Per eũ vero locum filo transmisso vnio iuxta punctum F gra. 5 m 40 quæsiti vez puncti declinationẽ arguit. His igitur paucis præfabatũ volo qua methodo ad Cometæ obseruationẽ instruct⁹ accesserim. ¶ Nũc quomodo eũ Cometa ipso trãsegerim cognoscetur. Obseruatio autẽ prima nobis peracta est 13 Augusti …hora 8, m 22 ferẽ pomeridianis, nõ ita multo post Solis occasum.



DE OBSERVATIONE NVNC CO…metæ ipsius primi Caput Nonum.

FActo iã Solis occasu eũ cometa verticali circulo vide…retur esse propinquior, instrumentũ capiens vocatũ planimetrum, primo Bootẽ cõtueri cæpi, vtrum vez…is in verticali circulo esset, nec ne. Vez cum ille exa…ctẽ verticalẽ tenere appareret, regulamẽtum idẽ Co…metã versus dirigẽs, eiusdẽ Azimuth ab occasu altitu…dinemq; supra horizontẽ exquitere studui. Quo pera…cto, caudã quoq; eodẽ instrumẽto suspicẽs in eius extremitate punctũ quoddã imaginabar, simulac cõtẽplando quãtum ab occasu differret septẽtrionalior, quãtaq; ei⁹ esset supra horizontẽ eleuatio. Hæc autẽ to…ti⁹ meæ obseruatiõis ratio erat, ex qua ea quæ sequũtur sese obtulerũt.

¶ Altitudo Cometæ supra horizontem gra. 7 mi. 50
¶ Azimuth Cometæ ab occasu versus Sept: gra. 49 mi. 26
¶ Altitudo Extremitatis caudæ supra horizontem gra. 20 m 3
¶ Azimuth extremitatis caudæ occidẽtale & septentrionale ♑ 59

Fateor

¶ Fateor tamen interim me ante Solis ortum non cometã hunc cõsidẽ…rasse, atque hoc ideo, quod 13 iam die mensis Augusti, quo primum à me obseruaretur, non amplius matutinum ante ortum visus sit, qua…lis à principio solu…it. Occultationis autem causa in sequentibus pla…nissime discetur, idcirco prius consilium sequutus singulas obseruatio…num partes capitatim recensere malo.

QVOMODO DISTANTIA COME…tæ à puncto occidẽtis ecliptice, nec non angulus ab hoc arcu in horizõte causatus principio inquisita sint. Caput Decimũ



EXtum Caput demonstrauit obseruationis hora 14 gra. 36 mi. ♎ occidentem occupasse, à quo pun…cto distare Cometã verẽ deprehensurus, ad intercal…lum gradus occidentis quod fuit 8 gra. 45 m, Azi…muth Cometæ 49 gr. 26 mi. iungo, summamq; gra. 58 mi. 11 constitutam, post in meteoroscos…pio ab A versus G requisitam eũ G litera noto, à quo procedens seorsum B accedẽdo per 7 gra. 56 mi. id quod Cometæ altitudo fuerat per literam F signo. Per eam vero literam dimittens filum, sectionem eiusdem in limbo iuxta E obseruo, mar…garitamq; in F colloco. Postremo filum in A B linea donec H punctum vnio teneat, promouens, punctum illud H distantiam Co…metæ verã ab occasus puncto referre pronuncio. Quantitatẽ simili…ter anguli accipiens eã, quã arcus ille distãtiæ modo repertæ cũ horizõ…te creat, arcum limbi G E cõsiderãs gra, illius 9 m. 39 esse cõspitio,



DE VERO COMETAE LOCO IN ECLIP…tica secundum lõgitudinem cõstituti, Similiter de latitudine eiusdem cognitis. Caput 11.

PRæcedẽs caput angulũ ind agauit esi quẽ arcus inter cometã & gra. ecliptice occidẽtali cõsistẽs vnã cũ fini…tore efficit, gra. vez 9 m 39. Septimo etiã ostẽsus est angulus ecliptice & horizontis, nempe ♑ 38 m 36. Quos ambos nũc cõnectenti summa gr. 27 m 35 con…surgit. Hãc summã in meteoroscopii limbo iterans à C ordiendo ad E q; procedẽdo, per idẽ E filũ tendo, margarita vero cũ prius iã in linea A B distãtiã cometæ gr. 58 m 33 teneat, cadẽ in pun…cto F gr. 23 m 35 distãtiã cometæ ab ecliptica, quæ & latitudo dicatur borealis, docet. Eodẽ in circulo ad G vsq; descẽdẽs inter A & G 63 ♑ 53 mi offendo, quæ distatia est cometæ à 14 gr. 36 mi. ♎. Quos gra. & m postq; in Zodiaco successum signoꝝ cõtra numero 19 leonis gra. m 35 incidẽs, vez eum Cometæ locũ in ecliptica esse pronuncio. At hoc interpretãdum est secundũ visus nostri lineã, aspectus enim diuersi…tas quanta causetur breuitatis huiusmodi non est in presens discutere.

DE COMETAE DECLINATIONE ascensioneq; recta obtentis. Caput 12.

OBseruatio prima docuit, veluti Cometa 49 ♑ 26 m Azimuth ab occasu septentrionem versus distiterit. In altitudine vero gr. 7 mi 50. Ideo 49 gr. 26 m ab A contra C numeranda erant, horumq; finis cum G signandus. Iterum autem à G versus B ascendenti per gradus 7 m 50 litera F ponenda fuit, huicq; filum cum margarita rectẽ ordinata super inducendum, quæ fili extensio in limbo quantitatem anguli horizontis & ortus à cometa ad occasum æquinoctialis ducti ostenderat, hoc est, gra. 30 mi. 24. Post hac filo in A B posito margarita gr. 49 mi. 54 in puncto

puncto H, quantum scz Cometa ab occasu æquatoris elongaretur innuerat. Angulo paulo ante reperto, nunc æquatoris angulus & ho…rizontis in meridiano nostro Ingolstadiensi conflertus, qui gradus ha…bebat 43 mi. 20, producere gradus 63 mi. 44 videbatur, tota…lem scz angulum, quo cum declinatio & ascensio Cometæ recta sic in…uenta est. Quantitate anguli integri siue totalis à C versus B in limbo quæsita E litera scripta est, mox filo in A B lineam reposi…to margaritam super 49 gr. & mi. 54 illata est. Tertium filo per E tracto, margarita decli. 36 ♑ 58 m iuxta F in instrumẽti area pro…diderat. Deinceps à G in A vsq; denumeranti gr. 36 mi 17 oc…currerant, intertullũ puncti rectẽ ascendentis cometæ, punctiq; equi…etialis descẽdentis. Superius autẽ ostenso eo, quomodo scz 180 ♑ 50 mi. præcise occasum tenuerant, iccirco iam 36 gr. 17 mi. ab eis subduco, quorum residuum gr. 350 mi. 33 ascensio cometæ re…cta dicitur. Tantum ergo requirebatur cognitionis ad cometæ mo…tum perscrutandum, ex quibus vnã liquebat caudam cometæ à Sole generatam & vmbræ modo (qualis reuera fuit) Solem subinde asse…quutam, Quam rem, vt sim verius consequutus sequenter audies.



DE AZIMVTH ET ALTITVDINE caudæ a sũmaduersa. Caput 13.

ONiectura iam præualente causã à Sole vmbræ mo…do generari, cõmittere non potui, quin illud exactius ad huc peruiderem, proinde huiusmodi propositio ag…gressus hoc sum. In caudæ extremo punctũ eligens, cius illico extantiam supra horizontem collegi, grad⁹ vt ante 20 m 3, similiter azimuth eiusdem, quod erat septentrionale 50 graduum. Occasus iã spa…cium siue amplitudinem 14 ti gradus 36 mi. ♎ bræ coniungẽti gra. 64 mi. 45 otta sunt. Ea deinde graduum minutorumq; summa in meteoroscopio ab A contra C quæsita, puncto G signata est. Iam sursum à G numerans gra. 20 mi. 3 altitudinem scz cum F notabã. Postremo filum per F erectum in limbo gr. 23 m 33 in puncto E abscidit, quæ quidem est capacitas anguli ab horizonte & circulo qui ab extrema cauda in occasum 14 ti gradus minutiq; 36 ♎ ducitur, causari. Margarita post in eodem F statuta, filoq; super lineam A B promoto, vnio gra. 69 mi. 30 in puncto H per lineam A F significato demonstrat, semper enim lineæ A F quantitas discenda est in linea A B, veluti ad nauseam ferẽ hacten⁹ inculcatum est.



DE VERO CAVDAE EXTREMITA…tis loco, eo quẽ in ecliptica possederit, deq; eiusdem ab ecliptica distantia reperta. Caput 14.

ANgulo proximè inuento gradibus videlicet 23 tbi. 33, alter ex capite 7 cognitus committitur angulus, qui itidem graduum est 38 mi. 30, ex combinatio…ne istiusmodi superant gradus 39 mi. 47. Per quę verum extremitatis caudinæ locum, latitudinemq; sic exquiro. Filum vnã cum margarita interuallo huiẽ, quod extremitas caudæ cũ occasus puncto fecit gra…dib⁹ scz 69 mi. 30 in A B imponẽs, idẽ in limbo super gra 39 m. 47 angulo

47 angulo integro seu totali protracto, & vnio punctum in area tenet, quod extremitatis sæpe dictæ latitudinem respectu ecliptice, gra…dus nempè 36 mi. 44 cõmonstrat. G vero subtus F accepũ, ab A cõputanti in G vsq; representat veram extremæ caudæ com…putatã distantiã, videlicet gr. 40 mi. 47 in ecliptica à gr. 14 m 36 ♎, totidẽ gr. & mi. cõtra signorũ ordinẽ numerati, & hoc à 14 gra. 36 m ♎ incipiẽti, verus extremitatis locus in gr. 10 m 57 ♑ inuenit.



QVOMODO POSTREMVM…tũ limõ caudã cometæ à Sole generatã reperui.



OQuo Cometa per me obseruabatur…Augusti Sol 29 ♌ gr. vicesimũq; …hic quod Solis theorica tũ perdocui. Ver…metæ locus è capite 33 cognitus esse…& mi. 15, ita quod Solis & Cometæ discrim…& 5 mi. fuerit ad amussim, Ad hæc præcedens cõ…put locũ caudæ extremæ gr. Leonis 30 & mi. 57 te…nuisse cõmonstrauit, vnde & illud liquet, quod caudæ extremitas à ve…ro Cometæ loco non nisi 8 gr. & 38 mi absuerit. Hijs constan…tibus arcũ qui à Sole per cometæ medium transiret imaginabar, arcũ ité…alium à Sole per Caudæ extremitatẽ ductũ. Atqui certũ erat arcus am…bos à Sole tractus, alterũ per corpus Cometæ, alterũ per extremita…tẽ caudę eunte, cosdẽ esse, cũ angulos pates eũ ecliptica iuxta Solis gra…dum efficiãt, ex quo sequitur rursum lineã rectã, quæ è Sole per come…tã educitur, vel educi cõcipitur, cãdẽ per caudæ medium lõgitudinaliter, vt sic loquar, transire oportere, quod fieri, vt est, cõuincitur quoq; cau…dam à Solis lumine causari, quã quidẽ rẽ penitius hac industria discus…simus. Numerantes ab A meteoroscopii versus C gr. 30 mi. 5 di…stãtiã scz Cometæ à Sole, cãdẽ cũ G litera inscripsimus. Cometæ ité…latitudinẽ gr. scz 23 mi. 15 à G sursum versus B cõparãtes litera I notauimus. Per I literã postea ducẽtes filũ ab eo puncto E ostẽdi vi…dimus. Post arcum à C contra E contemplanti gr. 67 mi. 40 ob…ferri cõperimus, quãtitatẽ anguli arcus prædicti, illius videlicet, qui à Sole per cometã imaginat⁹ & ecliptica cõclusus est. Hoc facto ab A locũ extimæ caudæ à Sole distantem, qui est gr. 38 mi. 23 cæpim⁹, numeratoq; literã L apposuim⁹, Ab L deinde ascendẽtes B contra latitudinẽ extremitatis, quæ est gra. 36 mi. 44 accepã F litera insi…gniuimus. Hinc filũ per F emissum prope limbũ in puncto E fecare visum est, præter pauca m. quæ pro culpabilio instrumẽti culpa, obser…uatione nimirũ iniquius peracta, induci potuerunt. Verũq; igitur an gulis illis sibi paribus, omnino necesse fuit arcus quoq; à Sole eductus, alterũ per Cometã, alterũ per caudã eiusdẽ sibi cõuenire, cosdẽq; esse. Quod si est, oportet lineã à Sole per corpus Cometę euntẽ rectã, etiã per cometæ caudã secũdũ longitudinẽ rectissimè ferri debere, adeo ex hoc omni liberatus sum dubio, imo credere coactus sum, vel inuit⁹, cau…dã à Sole oriri oportere. Post hac autẽ vnionẽ punctui I annectens, filũ in linea A B promouim⁹, quo promoto statim in H puncto mar…garita Solis & cometæ differẽnam, gra. vez 25 mi. 14 monstrauerat. Postremo vnionẽ super F firmãtes, in linea A B punctũ M, ab A distans gra. 40 mi. 29 extremitatis caudæ Solisq; discrimen didici…mus. Solis & co: differentia sublata ab 40 gra. & 29 mi. reliqui gra…dus 35 mi. 35 facti sunt, longitudo cauda totius ventillima.





Vltra mirati forsan quis possit, qui factũ sit, vt quoniam cauda à So…le sit orta, sursum tamen vergerit, nõ autem deorsum & terræ incum…bens, qua de re, vt etiam rudioribus satis fiat imaginem subiungere vi…le visum est talem, in qua citra speculationem res oculis subijcitur.



...ULTATIONE ET APPARITIONE Cometæ. Caput decimumsextum.

FAMETSI Cometes 33 augusti die mihi cõspectus sit primo, non desunt tamen qui eundem se vidisse sexto septimoq; affirment, verè autem omnibus ab occidẽte paucis ab oriente visus est, & profecto fieri non potest, quin ita factum sit, licet non omnibus apparuerit, non enim ita multis post ortum suum diebus videri mane desit, ea de causa, quod subinde magis ac magis cosinicum in ortum festinarit. Nam die 28, vt videre in sequentibus est, otiri cum ipso Sole cœpit, quocirca propinquor erat iam Soli 33 die quam vt cerni potuerit, ortum parante iam Sole. Inde factum est, vt plerisq; imperitioribus alius ab eodẽ cometa fuisse putaretur, quasi duo forent, vnus in oriente, alter in occidente, nescientibus tam in ortu quàm in occasu apparere posse, non secus atq; stellã aliam. Id quod etiam Matthæo Palmerio Florentino imposuit in cronicis suis asserẽti binos in Ianuario cometas fulsisse, anno post Christũ 729, aliumq; Solem anteisse, alium vero subsequutum, cum reuera non duo, sed vnus & idem fuerit, nunc ante nunc post Solem, ea qua dixi ratione, lucens. Sed ad rem, Sol cum 29 Leonis gradum possederet, occidebat hora post meridiem 6 mi. 54, Cometa vero hora 9 mi. 55, si declinatio eius ascensioq; recta considerentur. Vnde liquet Solem fuisse sub horizonte horis 30 mi. 32, & Cometam horis 4 mi. 30, cuius idcirco ortus hora 2 mi. 30 post noctis medium esse debuit. Cum vero de ortu & occasu cometæ loquor, non subaudias volo, mihi visum per instrumenta eo tempore quo horizontem contigerit Cometa, illud enim abundè declinatio ascensioq; recta eius semel cognita sug gerunt, & si vero per instrumentum id essem conatus, confieri tamen nequaq; potuisset, quoties enim horizonti propinquior fieret 3 vel 4 gra. interuallo, flamma eius extingui omnino videbatur, adeo, vt aliquandiu à me sub nubila condi creditus sit, donec admoneret Plinius libro naturalis historiæ 2 cap: 25, Cometas in occasura cœli parte nunquàm esse, id est, nunquàm apparere. Is enim genuinus Plinii intellectus est, ni fallor, quem eò libentius ego quoq; admitto, quoniam ita oculis esse comperetim. De vsu meteoroscopii nihil amplius agã, sed post finem cometæ, motum quoq; diutnum per meteoroscopium inuenire docebo, sufficiat autem hanc vnam obseruationis methodũ ita fusè, & quasi per membra tradidisse, in sequentibus enim nil præter obseruationes meras per meteoroscopium consequutas proponem⁹. Figuræ præterea sequentes ostendunt altitudines Cometarum dumtaxat, supra horizontem existentium tempore quo Sol occumbit, similiter quã profundus Sol exiterit sub finitore cometa eundẽ scandẽte.

Sententia Plinii de occasu Cometæ.

SOLIS ET COMETAE ORTVS OCCASVSq; qui contingunt 33 die Augusti.



CAESAREVM

DECIMO QVARTO AVGVSTI DIE secunda Cometæ obseruatio peracta est.

¶ Altitudo Cometæ supra horizontem gra. 8 mi. 29
¶ Azimuth Cometæ ab occasu Septen. versus gr. 45 mi 22
¶ Altitudo extremitatis caudæ graduũ 23 mi. 38
¶ Azimuth extremitatis caudinæ Septentrio. gra. 57 mi 38

Hæc sequentia ex obseruatione consurgunt.

Latitudo Cometæ gra. 23 m̃ 2. Locus Cometæ gra. 23 mi. 39 ♌.
Declinatio Come gr. 35 m̃. 32 Sept. Ascẽsio recta Co. gr. 155 m̃ 5
Co. Mediat cœlũ ho. 33 añ. Amplitudo, or, & occ. 60 gr. 27 m Sep.
Occa. Come. hora 9 m̃ 32 post me. Come. occidit cũ 23 gra. ♏
Distantia Come. à Sole gr. 23 m̃ 40. Ortus Come. hora 2 mi. 28
Loc⁹ extremi. caudæ gr. 39 m̃ 38 ♌. Latitu. extre. gr. 39 m̃ 45 Sept.

Situs Cometæ occasus tempore. Situs Cometæ ortus tempore.



DECIMO QVINTO AVGVSTI OBseruatio tertia facta est.

¶ Altitudo Cometæ supra horizontem gra. 9
¶ Azimuth Cometæ ab occ. versus Sept. gra. 43 mi. 22.
¶ Altitudo extremitatis caudæ supra horizon. gra. 39 mi. 8
¶ Azimuth huius extremitatis gra. 50.

Hæc autem obseruatio collegit ea quæ sequuntur.

Latitudo Come gra. 22. Locus verus Come. gra. 24 mi. 29 ♌
Decli. Come. gr. 33 m̃ 39 Sep. Ascen. recta Co. 159 gra. 20 mi.
Latitudo extremitatis caudæ ab ecliptica gra. 34 mi. 22
Locus verus in ecliptica extremæ caudæ 23 gra. 2 mi. ♌
Distan. à Sole gra. 23 mi. 31. Arcus diur. Come. horæ 38 mi. 34
Occa. Come. ho. 9 mi. 44 post. Or. Come. hora 3 mi. 30 ante.
Hoc die Com. heliace accidit, vt nõ amplius ante Solis ortũ cerneret.

Situs Cometæ occasus tempore. Situs Cometæ ortus tempore.



DECIMO SEXTO DIE AVGVSTI consideratio Cometæ quarta.

¶ Altitudo Cometæ supra hori. gra, 9 mi. 43
¶ Azimuth Cometæ ab occ. versus Sept. gra. 35 mi. 33.

Super cauda nihil vltetius agetur, sufficiunt enim priora, per quę satis liquet à Sole caudã mutuari, quocirca in posterũ de hac supsedebimus.

Talia ex obseruatione constant.

Latitudo Cometæ ab ecliptica gra. 22 mi. 3.
Verus locus Cometæ in ecliptica gra. 4 mi. 32 ♏.
Declinatio Cometæ ab æquatore 30 gra. 33 mi. Septentrio.
Ascensio recta Cometæ 305 gra. 33 mi.

Cometa mediat cœlum hora 0 mi. 45 post meridiem:
Amplitudo cometæ ab occasu versus Sept. 49 gra. 27 mi.
Occasus Cometæ, hora 9 mi. 32 post.
Ortus Cometæ, hora 3 mi. 58 ante.
Distantia Cometæ à Sole gra. 22 mi. 35.

Viua imago Cometæ occasus tẽpore Situs Cometę tẽpore ortus



DECIMO SEPTIMO DIE AVGVSTI examinatio quinta Cometæ facta est.

¶ Altitudo Cometæ supra horizontem gra. 30 mi. 34
¶ Azimuth Cometæ ab occ. ad Sept. gra. 30 mi. 46.

Subiuncta ex contemplatione proceunt.

Latitudo Cometæ ab ecliptica Sept. gra. 23 mi. 25
Locus Cometæ verus in ecliptica gra. 9 mi. 34 ♐.
Declinatio Cometæ ab æquatore Sept. 27 gra. 48 mi.
Ascensio recta Cometæ 269 gra. 45 mi.
Cometa mediat cœlum hora 0 mi. 58 post meri.
Amplitudo ortus & occasus Sept. versus 44 gra. 49 mi.
Occasus Cometæ, hora 9 mi. 24
Ortus Cometæ hora 4 mi. 31 post medium noctis.
Distantia Cometæ à Sole gra. 22 mi. 32.

Imago Cometæ occasus tempore. Situs Cometæ ortus tempore.



DECIMO OCTAVO AVGVSTI EXAminatio Cometæ Sextaperacta est.

¶ Altitudo Cometæ supra hori. 30 gra. 39 mi.
¶ Azimuth Cometæ ab occa. versus Sept. gra. 24 mi. 52.

Hæc subnexa ex obseruatione eliciuntur.

Latitudo Cometæ Septen. 20 gra. 32 mi.
Verus locus Cometæ in ecliptica gra. 15 mi. 30 ♐
Declinatio Cometæ Septen. gra. 24 mi. 34
Ascensio recta cometæ 275 ♌ 7 m̃
Mediat cœlum hora 31 m̃ 36 post meri:
Zenith ortus & occasus ab occ. ad Sept 38 ♌ 20 m̃.
Cometa occidit hora 9 m̃ 39 post meri:
Cometa oritur precise cum Sole hora 5 m̃ 22
Distantia cometæ à Sole ♌ 23 m̃ 2

Vicesimo

VICESIMO SECVNDO

...sti facta est obseruatio Septima, diebus enim & 23 cometa non luxit ab aëris obscuritate obseruari potuit.

¶ Altitudo cometæ supra horizontem ♌ 33 m̃
¶ Azimuth cometę Septe: 7 ♌ 34 m̃

Subsequentia hæc ex obseruatione colliguntur.

Latitudo cometæ ab ecliptica 36 ♌ 32 m̃ Sept:
Locus cometæ verus in ecliptica ♌ 3 m̃ 23 ♎
Declinatio cometæ ab æquatore 33 ♌ 31 m̃
Ascensio recta gra 288 mi. 53
Mediat cœlum hora 3 mi. 55 post meridiem
Amplitudo ortus & occasus gradium 20 mi. 42
Distantia cometæ à Sole 28 gra. 36 mi.
Occidit cometa hora 8 mi. 59
Oritur cometa hora 6 mi. 52

Status cometæ in parte occidentis. Status cometæ in parte orientis



VICESIMO TERTIO AVGVSTI COmeta obseruatus octauo & vltimo.

¶ Altitudo Cometæ supra horizontem gra. 33 mi. 26
¶ Azimuth Cometæ Septentrionale ab occasu gra. 3 m̃ 50

Talia ex obseruatione consurgunt.

Latitudo Cometæ ab ecliptica gra. 34 mi. 37 Sept.
Locus verus cometæ in ecliptica secundũ longitudinẽ 2 ♎ 51 m̃ ♎
Declinatio Cometæ graduum 33 mi. 20 Septentrionalis.
Ascensio recta Cometæ 190 graduum 39 minutorum.
Mediat cœlum hora 2 mi. 0 post meri:
Amplitudo ortus & occasus gra. 17 mi. 26
Occidit Cometa hora 8 mi. 53 post me.
Oritur hora 7 mi. 4 post medium noctis
Distantia Cometæ à Sole graduum 27 mi. 36.

O Quem

Quem Sol & Cometa peregerint ortum occasumq; 23 Augusti diei



m Augusti adhuc aliqua ex parte Cometa
st, non autem contemplatus diligentia
do videlicet cauda Solem sequuta
ccasione hanc contemplatio-
nis viam agressus sum.

t per meteoroscopium quærenda pro Cometæ
psius Cometæ diurnus, id est, quantum indies pro-
incedendo semitam descripserit, id est, qua in parte
scenderet, quæ duo loca, qui caput & caudam draco-
voluerit, non erraverit. In motu diurno cognoscendo
ometæ quem in ecliptica sub observationis tempus tredeci-
delicet diem Augusti tenuit, latitudinem quoq; eiusdem, simili-
iam loca quæ in 34 die incoluit pro exemplo desumemus. Die
igitur 33 versus locus Cometæ erat 29 gradus 15 mi. ♌. Latitu
do eiusdem gra. 23 mi. 15 Septentrionalis. Die autem 34, locus
Cometæ verus fuit gradus 23 mi. 39 ♌. Latitudo gradus 23
mi. 2. Differentia iam longitudinis est gra. 4 mi. 14, quam quidē
differentiam in meteroscopii limbo à C versus B requirens cum
litera D signet, complementum post hac latitudinis minoris, grad.
scilicet 60 mi. 58 ab A versus B numerans cum litera G insti
bat, filumq; cum margarita eidem adiungit. Filo rursus super D lis
teram acto, margarita numerum in H areæ puncto prodit H F nu
merum pro catheto supponendum. Quo suppositio, gradus ab F in
A numerentur, ab illisq; latitudinis complementum subtractum, quā-
titatem E F relinquet. Postea rursus quantitatem E F ab A ver-
sus C computans, cum litera F, sicut in secundo patet quadrante, in
scribat, vnde versus B ascendens numeri H F quantitatem vocans
cum litera I notet, Super I margaritam figens, filum in A B li
neam promoueat, eo enim promoto, gra. 4 mi. 3 in K puncto ab
vnione secari cernet, motum scilicet Cometæ diurnum à prima in se
cundam vsq; observationem. Eadem ratione singulorum dierum mo
tus indagantibus, tales sese offerunt.

¶ A 33 vsq; ad 34 diem gra. 4 mi. 3
¶ A 34 vsq; ad 35 gradus 4 mi. 0.
¶ A 35 vsq; ad 36, gradus 6 mi. 0
¶ A 36 vsq; ad 37, gradus 5 mi. 24
¶ A 37 vsq; ad 38, gradus 5 mi. 0.
¶ A 22 vsq; ad 23 gradus 3 mi. 40

NVNC pro indagandis capite caudaq; draconis, filum per I du
catur, ab A autem versus C latitudo maior accepta cum M litera
exprimatur. Ab M deinde B versus ascendens gradus 84 mi. 45
inuenta, in puncto q; N, finita vero Cometæ loco, qui est 29 gra.
35 mi. Leonis adiciantur, quæ adiecta caput draconis arguunt, 14
videlicet ♍ gradum, caudam vero 14 ♎, Ventrem vero 14 Leo
nis. Eodem modo caput & cauda per quemlibet motum diurnum re
periuntur, quo licet in negotio nonnunquam differentiæ paux illum
occurrat, pro nihilo tamen ducendum penitus est. Ishiusmodi
operationis mentio se offeret vberior in Cosmographia no
stra, vbi de locorum distantijs, longitudinum, latitudinumq;
gradibus inueniendis tractatio absoluetur. Quilibet ve
rovel mediocriter peritus imaginari locum Solis sub
horizonte deprehendat facile, quomodo cauda So
li creata sit. A principio enim in Boream incli
nari visa quæ est, postea in meridiem flecteba
tur, ob velocitatem nimirum motus, quo
superabat Cometa Solem, quod ani
maduertsum est precipuè diebus 17,
18, 21, & 23, sicuti figura
subordinata ostendit
clarissimè

FIGVRA PRAESENS QVALIS
COMETA INDIES SVPRA HORIZON
tem appatuerit, primo, die sexto Augusti, Secundo,
decimotertio. Postea decimo quarto, decimo quin
to, decimo sexto &c. donec disparere coepit,
quemq; dietim motum ferè peregerit, vtq;
caudam principiò in Septentrionem,
vltimo vero in meridiem à Sole
generatam reclina-
uerit.



At, dicet forsan hic aliquis perperam Cometæ motum diurnum, re
uolutionis circulum, caput caudamq; eiusdem assignari, tanq; illius,
qui regulatum non obtinuerit incessum, cumq; iam olim philosophis
& Astrologis perspectum sit, proditumq; cometas nihil esse aliud quā
terrestres halitus siue exhalationes calidas & siccas, pingues & glu
tinosas, virtute astrorum supremam vsq; ad aëris regionem eleuatas,
ibidemq; succensas, orbes vero nequaq; Cometas habere, quare regula
ri etiam carere motu. Illud equidem negare non ausim, cum tamen
simillimū deprehensi sint Cometæ nostri motum absoluere regulari,
neq; huc illuc auis ritu in æthere volitantis raptus sit, nihil obstiterit sā
ne motum eiusdem aliqua etiam regula astringere. Sunt tamen qui co
metam esse dicunt exalationem subtilem non inflammatam, sed lu
centem à lumine Solis, cui sententiæ & nos accedimus, nostros siqui
dem cometas tale quid esse certissimum est. Hoc autem suppositio, nō
difficile est, caudam imaginari. Neq; vero omnes hic Cometas intel
ligi volo, dubium enim non est, quosdam esse per se accensos, sicut etiā
in superioribus meminimus. Quid autem talem ingeneret motum co
metæ præter sphærarum superiorum raptus violentiores, & potissi
mum Lunæ vicinioris sæz, non habeo quid dicam.

OBSERVATIO
PRIMA COMETAE
SECVNDI.

SECVNDVS Cometa Anno 1532 fulsit in re
gione orientali, cœpit autem videri 25 Septembris,
in diem vsq; 20 Nouembris, septies per me & studio,
sissimè obseruatus. PRIMO autem omnium secū
do Octobris die in Dresenio missiæ oppido (cuius lo
ci altitudo est 51 gra.) hora Solis ortum præceden-
te quinta, In qua contemplatione Azimuth altitudoq;
huiusmodi repetta sunt.

¶ Altitudo Cometæ supra horizontem 13 gra. 30 mi.
¶ Azimuth eiusdem ab ortu versus meridiem 24 gra. 30 mi.
¶ Altitudo cordis Leonini gra 34.
¶ Azimuth eiusdem gra. 39 mi. 22.

His

Hiis conquisitis operatum mihi consequenter est, hac qua solui
hactenus ratione, non secus ac in priori Cometa factū
est eaq; mihi cognita.

Declinatio cordis Leonini 34 gra. 32 mi.
Ascensio recta eiusdem 144 gra. 54 mi.
Ascendens ecliptice observationis hora gra. 3 mi. 28 ♏.
Declinatio Cometæ gra. 4 mi. 25 meri.
Ascensio recta eiusdem 154 gra. 47 mi.
Latitudo Cometæ graduum 33 mi. 44 meri.
Locus verus Cometæ in ecliptica gra. 8 mi. 24 ♐.

Ex hiis omnibus manifestum erat cometam in occidente cœli
ora Solem præuertendo cecidisse, & ea de causa vesperi
non luxisse, cum interim non aliter caudam suam
gereret atq; prior iam dictus.

Situs Cometæ occasus tempore



Situs Cometæ ortus tempore.



OBSERVATIO SECVNDA

SECVNDO consideratus est Cometa die Septembris 3
eodem in loco, Caudā vero eius Solem sequi iam compe-
to extremum eius inspectum est. E qua inspectione
sequentia se obtulerunt.

¶ Altitudo cordis leonini gra. 31 mi. 30
¶ Altitudo Cometæ gra. 9
¶ Azimuth eiusdem ab ortu meridiem versus gra. 36. m 43
¶ Altitudo extremitatis caudæ gra. 20 mi. 42
¶ Azimuth eiusdē extremitatis gra. 27 mi. 6 meri.

E quibus etiam subnexa eliciuntur vna cum situ Cometæ, quem ha
buit oriendo & occidendo, & hoc per figuram.

Verus Cometæ locus gra. 33 mi. 25 ♐
Declinatio eiusdem gra. 3 mi. 53 meri.
Ascensio eius recta gra. 358 mi. 27.
Latitudo Cometę ab ecliptica gra. 30 mi. 32 meri.
Distantia Cometæ à Sole gra. 39 mi. 30.
Locus Solis hora obseruationis 30 gra. 27 mi. ♏
Verus extremitatis caudæ locus in ecliptica 26 gra. 24 mi. ♐
Latitudo extremitatis eiusdem gra. 33 mi. 8 me.

Occasus Cometæ



Ortus Cometæ



Ex hiis igitur licebat nunc contueri vere vtrum cauda Solem, vti
umbra assequeretur, constabat autem omnino sic esse, ea ratione.
Distantia Cometæ quæ erat graduum 38 mi. 2 à Sole, resumpta
in meteroscopio sæz ab A versus G in puncto E finiebatur, ab
E sursum Cometæ latitudo similiter numerabatur gra. 30 mi. 12,
numeratæq;



numeratæq; I litera apponebatur. Filum vero hic vna cum marga-
rita super I firmatum gradus 37 mi. 20 in limbo iuxta punctum
D monstrabat, id quod quantitas anguli contenti ecliptica ipter
& arcum à Sole per Cometæ corpus ducti erat. Hic iterū filo in A
B lineam tracto margarita in puncto K 30 gra. 30 mi. distan-
tiam scilicet Cometæ à Sole arguebat. Post hac rursus ab A in C
meteroscopii gradus 53 mi. 3 distantiam videlicet caudæ extre-
mæ à Sole requirenti F litera apponebatur. Ab illa ascendēs vsq;
in H gradus 33 mi. 8 Latitudo scilicet extremitatis numerabatur.
In H igitur filum cum vnione positum idē in puncto D ipsi
gradus, vt antea 37 mi. 20 indicabat, adeo clarum erat
anguli æquales essent, oportere quoq; caudam illam
gni. Postremo igitur filum ducenti supra A B
54 gra. 8 mi. distantia nempe Solis & caudæ
sa est, ex quo etiam coniectari facile fuit, cau
in longitudine obtinuisse, cuius adhuc manif
gura summetur proxima.

TERTIA OBSERVATIO.

TERTIA Cometæ inspectio 34 Octobris die facta est,
quo quidem die mihi Lypetiæ esse contigit, quamobrem
itinerarii solius horologii, quod compassum vocant,
vsu Cometam in æquinoctiali ipsissimo suboriri
animaduertimus, in libræ principio con-
stitutum, eadem enim obseruatio-
nis hora libræ initiū ascēderat.
cuius ortū pariter & occa
sum tabella subsequēs
oculis ex-
ponit.

Occasus. Ortus



QVARTA OBSERVATIO.

QVARTO Cometa visus est die Octobris 39, vbi eum quintum
libræ gradum mi. 40 tenere in longitudine deprehendimus, ab eclip
tica vero Septentrioni inclinantem gra. 4 mi. 53. Quomodo autē
Solem anteuertens eleuatus sit, 30 gradibus ab eodem elongatus,
Præterea quomodo prior Sole occubuerit, nec post occasum eius con
spectus sit, imago sequens aperit.

Occasus Cometæ

Ortus Cometæ

QVINTA OBSERVATIO

QVINTO Cometam contemplatus sum die Octobris 31 hora 5 mi. 15 post noctis medium iterum in Dreseno missive oppido, Hæc autem sequentia inuenta sunt,

¶ Altitudo Bootis stellæ gra. 20.
¶ Altitudo Cometæ gra. 8.
¶ Azimuth ipsius gra. 3 mi. 43 Septen.

Ex quibus talia consurgunt.

[illegible] à Sole gra. 29 mi. 6.
[illegible]metæ 204 gra. 47 mi.
[illegible]n eclíptica gra. 23 mi 30 ♏.
eclíptica gra. 33 mi. 15 Septen.
[illegible]onis hora gra. 37 mi. 39 ♏.

[illegible]te illum cæpit Cometa post Solem occidere; [illegible], quale quid ferè subnexa tabella ostendit.



SEXTA OBSERVATIO.

SEXTO Cometam lustrantes 3 Nouembris priori quoq; in loco hæc subscripta comperimus.

¶ Bootis altitudinem gra. 26.
¶ Altitudinem Cometæ gra. 32 mi. 40.
¶ Azimuth eiusdem gra. 8 mi. 50 meti.

Hæc subnexa ex obseruatione eliciuntur.

Ascensio Cometæ recta gra. 207 mi. 33.
Latitudo eiusdem gra. 34 mi. 42 Sept.
Locus verus Cometæ in eclíptica gra. 23 mi. 57 ♎.
Distantia quoq; eiusdem à Sole gra. 28 mi. 39.

Cometa ille caudam primò meridiè versus direxit, post hac indies magis ac magis eam eleuans hunc vsq; in diem quo ferè perpendicularis ad Zenith erigebatur. Proculdubio Solem post occidentem quoq; tametsi modicè apparens, sicuti ex subiuncta figura cernere est.



SEPTIMA OBSERVATIO.

Septima & nouissima Cometæ obseruatio 8 Nouembris die celebrata, loco proximè dicto, hora 5 mi. 32 post noctem mediam, Quanq; vero 20 vsq; Nouembris in diem Cometa perstiterit, cœlo acris tamen turbulentiam minime conspicuus fuit. Ea contemplatio sequentia collegit.

¶ Bootis altitudinem gra. 25 mi. 40.
¶ Altitudinem Cometæ gra. 7 mi. 20.
¶ Azimuth eiusdem gra. 0 mi. 30 ab occ. ad Sept.
¶ Verum locum Cometæ in Eclíptica gra. 3 mi. 35 ♑.
¶ Latitudinem eiusdem gra. 39 mi. 36 Sept.

His iam diebus cauda satis euidenter boream versus mota est, & post occidentem Solem cerni potuit, velut hæc figura representat.



MOTVS ille si penitus consideratur, ostendit quomodo & ille Cometa pronus & via directa incesserit, eclípticamq; in Libræ principio secuerit, quam quidem sectionem caput merito appellauerim, sicuti Arietis initium caudam, Cancri vero exordium, Draconis ventrem. Declinasse præterea Cometa ab eclíptica gradibus 9 m 24 deprehenditur. Cognoscitur insuper illud etiam quomodo cauda Cometæ primis diebus transuersa meridianum dissiderit, angulos cū eo rectos efficiens. Consequentibus autem subinde magis ac magis meridiano se acclinauerit, donec vltimo apparitionis die rectissimè lineam meridiei, idq; Sole meridiem faciente superiacuerit. Hoc autem in loco mirari plerosq; non miror, quod Cometa anno 1531 apparens contrarium huic ex diametro nactus sit, qui imprimis meridiano incubuerit. Postremo autem cum eodem rectos transuersos angulos causatus sit. Præsentis Cometæ incessum diurnum caudaq; à Sole emissionem, nunc in boream, nunc in austrum tendentem, signorū diutnam emensionem, figura subordinata palam offert.



OBSERVATIO COMETAE TERTII

TERTIVS Cometarum anno 1533 apparuit mense Iunio, qui licet multis diebus luxerit, non tamen amplius quam 4 à me visus est, citissimè enim caudam à Sole quoq; gingni huic mihi cognitū est, adeo vt viderer frustra operam insumpturus sedulior contemplator. In primis ad primam obseruationem die 18 Iunii me accinxi, ibiq; statim 3 gra. 40 mi. ♐ inhabitare Cometam perspexi, deuiantem ab eclíptica gradibus 32 septentrionalem, non longe à stella vocata Alchenib distantem Caudam vero ad stellam eandē fixam dirigentē, SECVNDO 21 eiusdem mensis die contuitus Cometam eum in 29 gradu 20 m ♉ deprehendi, elongatum ab eclíptica gradibus 30 mi. 20, caudāq; eius 35 gradus in longitudine æquantem. TERTIO Cometam inspiciens 23 Iunii eum in 21 gra. 30 mi. ♉, latum ab eclípti ca gradibus 40 mi. 30 reperi. QVARTO, 25 mensis die iacentem gradum 15 ♉ dimotus ab eclíptica gradibus 43 Cometa deprehensus est. Cometa vero ille nunq; occidere ob vicinitatem poli arctici potuit, Polo enim ita propinquus fuit, vt horizontem cōtingere nequiret, In prima siquidem obseruatione à polo abfuit, gradibus 38, In secunda gradibus 35. In tertia gradibus 33 mi. 50, In quarta gradibus 33 mi. 20, circa noctis medium conspicuus sedulo vsq; ad Solem orientem, regionem cœli eandem perpetuò inhabitans intra Boream & subsolanum situs. Sole iā orituro, ferè meridianum iā eleuatus tenebat. Cometæ semita longissimè ab eclíptica circa

circa Arietis principium, ferebatur, illic enim 60 gradibus integris ab eclíptica distitit, qui locus venter Draconis erat, Cancri autem initium caput, & Capricorni cauda draconis esse debuit. Sed scio Cometam hunc non parum inter Astrologos philosophosq; pariturum dissidii, eō quod motus contra signorum ordinem sit, ex Geminis enim in ♉ recessit, velūti ex sequenti patet figura. Nec quo pacto nos extricaturi simus hoc loco satis noui, qui vno ore affirmauerimus hactenus Lunæ sphæram, secum ignis orbem vnaq; supremam aëris sedem, & id secundum signorum ordinem, quod est ab occasu in ortum, voluere. Cum Cometam præsentem minime ita motum appareat, quem tamen magis quam aliorum quemq; sic moueri opportuisset, remotiorem sc. à terra quam alius, longissime enim à Sole absuit. Nam si prope terram fuisset remotioreq; à Sole, fieri nonq; potuisset quin vmbram terræ incideret, & proinde occultus mansisset. Quin & illud in quæstionem veniet, recte nec ne Ptolemæus centesimo centiloquii sui aphorismo Cometas vndecim signis à Sole distare definiat. Præsens enim Cometes prima obseruationis methodo deprehensus à Sole elongari est gradibus 60, secunda gradibus 73, tertia gra. 83, quarta 88. Quæ quidē distantia rectissima fuit, esto quis exigat numerari oportere eam à vero Cometæ loco in eclíptica, neq; sic tamen Ptolemæum saluauerit. Verus nanq; locus Cometæ à Sole in eclíptica inuentus, primo gr. fuit 63 mi. 20, secūdo gr. 68 m 30, tertio gra. 72 mi. 23, quarto gra. 86 mi. 48. Sol autē primo reperit est in gr. 5 mi. 6 ♌, secundo in 8 gr. ♌ tertio in 9 gr. 53 mi. ♌, quarto in 13 gra. 48 mi. ♌. Existimodi motu certe nō difficile fuerit iudicare, igneam & supremam aëris sphæram non vtiq; ab impetu Lunaris sphæræ rapi, alioquin enim Cometam ab occasu in ortum ferri par erat. Ex eo autem quod motus eius ferè regularis fuerit, mirari desino quosdam extitisse qui putauerint, Cometam esse stellam huiusmodi, quæ nunc ad Solem accederet, nunc ab eodem discederet, iuxtaq; Solem existens non videretur. Mercurius velūti, Quanq; hæc opinio nulla sit, & Cometis omnibus cōtraria, maximeq; his quinq;, quanto enim magis hi à Sole disiti fuerunt, tanto minus visi sunt, adeoq; elongatiores multo minus, imò semoti, aliquando 30, aliquando 60, aliquando 80 gradibus à Sole vel aliquid amplius nonnunq;, sicut In figuris vbiq; patet, prorsus euanuerunt.

Motus Cometæ nouus & cōtra signorum ordinem.

Igneam & supremam aëris sphæram non rapi à Luna.



OBSERVATIO COMETE QVARTI.

QVARTVS in ordine Cometa anno 1538 mense Ianuario conspectus est, à 17 vsq; in 23 mensis eiusdem post occasum, versus Z[illegible]nith caudam erigens rectissimè. [illegible] eclíptica ipsius erat vertus, gra[illegible]tudo Sept. gra. 17, in ip[illegible] putata. Cauda 30 gradus propè in longitudine [illegible] gustiori tamen latitudine. Mane nemini visus est, à quo distabat gra. 32 mi. 30, quam pingit.



OBSERVATIO COMETAE QVINTI

VLTIMVS Cometarum & Quintus numero luxit anno 1539 à Sexto die mensis Maii vsq; in 17 mensis eiusdē quādo & mihi conspectus est hora noctis decima supra horizontem extans, gradibus 30, prope circulū verticalē, nisi quod quinq; aut 6 paulominus gradibus australior esset, in gra. 17 ♌ situs, ab eclíptica 3 gra. meridiē versus, Sole in 5 ♐ existente. Discrimē Solis & Cometæ 72 gr. apparet, id quoq; assertioni ptolemaicæ pluscq; incōueniēs. Cometa ille perquā exilis & subobscurus fuit, caudā [illegible]mittēs breuiorē arctiorēq;, vt quodāmō ex figura liquebit subiuncta.



ASTRONOMICVM PARTIS SECVNDAE TOTIVSQVE ASTRONOMICI GONCLVSIO.

HACTENVS errantium inerrantiumq; stellarum motus quo ad licuit sufficienter expositimus. Verum siquis adhuc hereret dicens, se quidem, vt dicta sint, omnia intelligere, tenereq; omnes omnium iuxta præcepta motuum supputationes, attamen adhuc dubitare vtrum sic nec ne re ipsa sint, imò vt oculis idem videri queat, optare. Proinde o bone hoc a nobis postulare liceat, optare. In quo oculari fide omnia constat, instrumentum est, in quo oculari fide omnia constat, inquam TORQVETVM, cuius structura primo, deinde vsus. Per hoc enim quilibet per semet & sine quoquam baculo stellas quascunq; tam erroneas quam fixas Illud siquidem omnium instrumentorum & artificiosissimum, absolutissimumq; & minimo compendio amplius commodi primum complectatur motiones, vltra hæc per Cometas & Torquetum Astrologiæ nostra mox edenda fusius discetur, in qua tertia illa mobili primo similitudine quadam respõdet) inuentus sum, quo in libro, nisi fallor, quicquid in Cosmographicæ questionum elucidabitur omne, exemplisq; & figuris. Nunc vero instrumentum hoc TORQVETI pro declinatione apponere libuit, ea de causa, quoniam ferè totum astrologicum artificium in se comprehendit.

COMPOSITIO TORQVETI QVAM FIERI POTVIT BREVISsimè descripta.

ENVNCTIATVM PRIMVM

Basim Torqueti præparare.

BENE TORQVETVM FAbricare si vis, quod instrumentum omnium est, & iucundissimum, & intellectu vsurpatuq; facilimum. Principio tibi laminam ex metallo planam propone quadratam, non nimis subtilem tamen, vt iustam conseruet crassitiem (nam ex ligno vix fieri potest vt torquetum conficias bene durabile & quod non incuruetur) quanto latior autem lamina ista fuerit, tanto melior erit, & omni vsui cõuenientior, sit autem ea exactè quadrata, nullo penitus latere exuperans. Angulos quatuor iisce quatuor literis describito A B C D, totam autè hanc laminam Basim Torqueti appellabimus. Deinde adhuc laminam consimilem adaptato, quæ itidem non flectatur facile, eius angulos consignato literis E F G H, illamq; tabulam æquatoris dicemus, siquidem ad iustam illius altitudinem eleuari ipsam quoq; oportet. Lamina hæc cum latere E G lateri ipsius Basis B D adfigetur vinculis firmis, ita, vt tabula æquatoris versus basim deflecti & inclinari possit, atq; vicissim ab ea eleuari. Centrum illius dicetur K.



Tabula hac vtraq; sic præparata, quadrantem tibi compone, qualem voles modo ne nimis paruum. Nam vt aliàs, ita hic, quo maiora sunt huiusmodi instrumenta, hoc & meliora & certiora erunt, illum more solito diuide in 90 gradus. quadrantem totum appellabimus A B, centrum eius E, ex ipso B numera sursum 23 gra. 30 mi. quæ maxima solis declinatio est, ibidem signa F, deinde ex B sursum adhuc numera versus A altitudinem æquatoris, complementi quoq; eleuationis polaris, & ibi scribe C. Postea lineam erige orthogonalem ex ipso B, ea æquidistans siue parallela erit semidiametro E A, illam quoq; duc in eam sublimitatẽ quã voles ipse, Et vbi deinceps regulam posueris super centrum E cum vna parte, cum altera autem super C, duxerisq; sic lineam ex centro, illa sanè continget perpendiculariter istam in puncto D, & habebis iã triangulum B E D, Basis autè erit E B, diceturq; triangulus æquatoris. Similiter etiam duc lineam ex E puncto per F, eáq; tanget orthogonalem in puncto G, conficietq; triangulum E B G, & dicetur deinceps triangulus maximæ declinationis Solis. Omnia autem quæ hactenus descripsimus, vna hæc tibi ob oculos subiicit figura.



ENVNCTIATVM SECVNDVM

Tabulam alteram quæ æquatoris dicitur, & conficere & eleuare.

TAM porrò rursus tabulam tibi propone æquatoris, eamq; ex altera etiam parte consigna literis quatuor, ita vt supra F, L, super E ponas M, super G, N & super H scribas O, Centrum illius sit K, vt prius. Supremam hanc tabulæ partem diuide per centrũ duabus diametris in partes æquales quatuor, & circulum quem poteris maximum describe ex centro, deinde modicè adducto circino, aliam adhuc circumferentiam deduc paulo angustiorem ex eodem centro, ita vt in horum duorum circulorum interuallo numerum horarum describere possis. Adhuc paulo angustius adduce circinum, & tertium etiam sic duc circulum, in cuius & proximi maioris interstitio depingas horarum quartalia, vel gradus, quorum quilibet 4. minuta temporis representat, & meridianũ quidem horam in medio inter L & O, horam autem 12 mediocres inter M & N, sextam ante meridiem inter N & O, & diametraliter ex oppositoipsius horã o pomeridianam. Facta autẽ hac æquatoris diuisione in partes 24, siue horas, statim tabulã istã eleua bis duobus triangulis ad eleuationem æquinoctialis confectis, sicut in fine primi enunctiati inuenimus, & sic Torquetum videbis eleuatum, vt sequens tibi monstrat figura.



ENVNCTIATVM TERTIVM

Zodiacum iusta eleuatione simul & diuisione adaptare.

AOdiaci autem compositio sic habet, primum omnia orbes duos tibi constitue eiusdem magnitudinis & cõpetentis densitatis, ita debet esse amplitudo, vt nec latiores nec ampliores tamen sint interiori illo, vel minimo circulo æquinoctialis, qui gradus aut horarum quartalia continet. Orbis siue zodiacus inferior diuidendus erit tibi in latere siue superficie spissitudinis. Eo modo, totam circumferentiam diuide in partes 4, quamlibet harum rursus partire in 3, harum singulas iterum in 3. Dehinc quamlibet illarum in 2, & has quoq; tandem in 5. sicq; habebis partes seu gradus 360. At hæc omnia occulte operare & sic vane videantur. Nunc deniq; tibi propone tabulam subiectam, & contemplare quonam singulorum signorum principia sis repositurus, & quo pacto signa omnia per quinos gradus sis diuisurus. Puta quum gra. 5 Arietis vis in Zodiaco signare, accipe gra. 4 mi. 35. æquinoctialis



æquinoctialis, hoc est in circulo occulto, Deinde si cupis adnotare 10 gra. Arietis, accipe 9 grã. 33 mi. æquatoris &c. secundum exigentiam tabulæ ascensionum rectarum quæ sequitur. Haud secus ac iam percepimus adiumento tabulæ alia signa Zodiaci inscribes. Postea quodlibet spacium diuide in 5 partes æquales, & habebis quodlibet signum diuisum in 30 gra. Series quoq; signorum eo modo inscribi debet, quem subiectæ figuræ te docent.

Tabula ascensionum rectarum signorũ Septentrionalium.

♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ
5	4 57	5	12 42	5	63 3	5	95 27	5	122 22	5	136 58
10	9 52	10	17 55	10	68 21	10	100 53	10	132 27	10	141 35
15	13 48	15	22 51	15	73 45	15	106 27	15	137 29	15	146 22
20	18 27	20	27 38	20	79 7	20	111 59	20	142 25	20	150 49
25	23 9	25	32 18	25	84 39	25	116 57	25	147 28	25	155 25
30	27 54	30	37 48	30	90 0	30	122 22	30	152 6	30	160 0

Tabula ascensionum rectarum signorũ Meridionalium.

♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ	G	gr. mĩ
5	184 55	5	212 42	5	248 5	5	275 27	5	302 22	5	316 58
10	189 21	10	217 35	10	248 21	10	280 55	10	312 27	10	321 35
15	193 48	15	222 32	15	253 43	15	286 17	15	317 29	15	326 22
20	198 27	20	227 51	20	259 7	20	291 39	20	322 25	20	330 50
25	203 9	25	232 38	25	264 33	25	296 57	25	327 28	25	335 25
30	207 54	30	237 48	30	270 0	30	302 22	30	332 6	30	340 0

Superior verò Zodiaci rotula in superiori parte siue superficie Zodiacum eantum habeat æqualiter diuisum, infra quòq; dicetur Zodiacus superior: est q; illo vt simplicissima ita omnium facillima diuisio, quã circumferentiam primo, in 12 partes æquales (eas signa dicimus) singulas illas rursus in partes seu gra. 30 diuidimus æqualiter. His ita constitutis, vtrunq; hunc Zodiacum compone, superiorem inferiori supraponens in hunc modum. Triangulos tibi duos confice, maxime declinationis Solis capacitatem comprehendentes, iuxta enunctiatum 3, eos cum basi, hoc est linea A B impone Zodiaco inferiori, hoc vno prius obseruato, vt principia signorum ducas à principio ♋ per centrum vsq; ad principium ♑, illi diametro deinde æquidistantes alias duas duc ex vtraq; parte, quæ vbicunq; circulum zodiaci interiorem contingent, ibi obliquas trahe lineas duas, & habebis quadratum altera parte longius, configuratum quatuor literis A B C D, tunc q; bene poteris triangulos illos duos erigere. Zodiacum nisi tandem superiorem triangulis illis superimpone, ita vt ♋ superior, directe consistat super ♋ inferioris rotulæ: & sic de ♑ intelliges, modo vt ♋ summam hic occupet altitudinem triangulorum, sicut ex figuris satis apparet. Zodiacus porrò, quia ex duobus tantum rotulis compositus est, clauo quodam, quem Arabes Alchitot vocitant, tabulæ æquinoctialis adfigendus est, ita tamen, vt clauus iste rotundus per ipsum centrum æquinoctialis & centrum zodiaci inferioris transeat, & zodiacus in eo sic circumuolui commode possit.



ENVNCTIATVM QVARTVM

Alhiadam vnà cum Crista præparare.

REgulam siue Alhidadã præparaturus, lineã rectã fac super ligno aut lamina, eíq; voca A B, in cuius medio pone C, & ex centro C circulũ paruulum conforma, iuxta eam latitudinem ad quam habere cupis regulam, illum porrò cum obliquo diametro diuide B C D, quæ tamẽ ad angulos rectos intersecetur cum linea A C B, Deinde duc æquidistantem A C ex puncto E, quã longã voles habere regulam, similiter & ex D, lineam illam A C B lineam fiduciæ dicere solemus. Deinde regulam porrò tali longitudine, vt ex vtraq; parte zodiacum excedat, vtrinq; etiam tabulam pone cum foramine paruo, ita tamen, vt cum linea fiduciæ recte conueniant. Mox foramina 4 fac in circulo paruo ex centro C ctè descripto, vt crista ibi consistere possit, quæ literis F G H I sunt notata



Cristam porrò sic confacies, primum omnium eorum eum quatuor fulcimentis, quæ in supradicta G H I orthogonaliter imponantur, superius lumnulam fulcimento æ, rotulam face paruam, æquales diuide, hoc est, in quatuor quadrantes, F H demissa vsq; ad regulam, directe in C & cideret, alteráq; diameter E G per centrum sset lineæ fiduciæ A B. Nam hoc examen sic stantes esse debeant in vna superficie, sed vt E dium cristæ, noris etiam eam ipsam E G ed sputur nũmeri graduum in crista à linea E G describi, vsq; in 90, & quicquid suprà lineam septentrionalis dicitur: sub ea autem, latitudo stellæ ridionalis.



Ad extremum regulam alteram paulo subtiliorem confice, néq; tã firmam, vt illam priorem, sed per omnia ad eundẽ modum vt in Astrolabio formari solet. Consultum tamen hic equidem iudicarim te non duas pinnulas hoc loco facere perforatas, sed vnam tantum cum foramine vnico, instar granuli lenticulæ vnius diducto, ex altera autem parte stilum tenuem erige, in eius summitate nodum fac paulo lenticula maiorem, Námq; hoc probo non temere sed sæpe expertus, observationes stellarum rectè admodum fieri per eiusmodi nodulos, pinnacidium autem cum foramine paruulo ad oculum verti semper debet, nunquàm verò nodulus.



Postremo iam regulæ cristæ adnecti semicirculum oportet, illumq; pendere ex fulcimentis seu baculis paruis duobus in satis magna distãtia, Cuius rei rationem experietis infra, quando zodiacum Torqueti tia, Cuius rei rationem experietis infra, quando zodiacum Torqueti huc illuc promouebis. Porrò semicirculus face ita pendeat, vt diameter quòq; L M N æquidistanter pendeat lineæ fiduciæ ipsius regulæ, siue id altius siue demissius fuerit parum refert, modo circumferẽtia semicirculi in suos gradus 180. diuidatur, numeriq; à litera P tia semicirculi in suos gradus 180. diuidatur, numeriq; à litera P vtrinq; versus diametrum L M N describantur vsq; in 90, atq; ex centro M filum pendeat cum massa plumbi exigua, sicut hic patet ex subiecta figura.



Semicir- culus Pendens

Et hæc quidem de compositione Torqueti dicta sufficiant, nunc adgrediamur qua nam via proxime vsum illius tradamus, pari tum facilitate tum breuitate, qua hactenus compositionem docuimus.

HAEC EST FORMA VIVAQVE TORQVETI MAGO SVIS, ET NVMERIS, ET CIRCVlis, & lineamentis, & proportionibus veris perfectissimè exhibita.



ASTRONOMICVM VSVS TORQVETI

ENVNCTIATVM PRIMVM.

Signum & gradum Solis ad Singulos dies indagare.

GRADVM SOLIS ET SIGNVM si indagare cupis, principio fac cogites decrescat ne dies an augeatur, id vbi cognitum habes, Torquetum pone super aliquam superficiem planam horizonti æquidistantem, & in nullam partem deflexam, Deinde compassum pone super basim, ita, vt latus compassi æquidistet lineæ C B vel etiam A B, nam ea vtraq; meridiana est. Mox Torquetum simul cum horologio illo viatorio huc illuc promoue, tãtisper dũ magnetem videris rectè cõsistere, & latus basis A C versus meridiẽ vergere, sicq; noris Torquetum bene & ad omnem vsum esse aptissimè cõpositum. Deinde si forte adcreuit tum dies versus Solem verte latus illud zodiaci, quod ♈ ♉ &c. continet, Sin autem decrescit, alterã partem quæ ♎ ♏ & reliqua signa descendentia habet, Posthæc altera manu regulam circumuerte inferiorem siue turnum hinc inde, altera zodiacum totum donec solis radios per foramina duarum pinnularum exceperis in regula inferiori. Deinceps vide ad alicuius signi, quẽ gradum linea fiduciæ ipsius Alhidadæ cecideris, & is tibi erit gra. in quo sol est illa die. Eundem quoq; gra. statim quære in zodiaco inferiori, & circumlustra apud quam horam, quæq; minuta illum repertas & hoc tibi tempus etiam horæ certæ atq; minutorum erit.

ENVNCTIATVM SECVNDVM

Cognito iam Solis gradu, horam diurnam ex radiis solaribus cognoscere.

QVod si etiam perspecto solis gra. horam interdiu scire desyderas, age lineam fiduciæ pone super gra. illum solis, totumq; zodiacum vnà cum regula huc illuc circumuerte tantisper dum radius Solaris foramina pinnularũ penetret, & sic gra. Solis zodiacu inferioris, tibi horam & minuta monstrabit in æquatoris circulo.

ENVNCTIATVM TERTIVM

Quacunq; hora diei signum & gradum lunæ inuestigare.

PRincipio fac horam quæras per primum illud vel 2 enunciata, & sic zodiacum tene (inuenta hora) immotum, regulam autem inferiorem simul cum crista verte versus centrum corporis ☽, quæ si minor fuerit, quàm vt centrum recte dignoscas, illud imaginare saltem, quumq; sic lunam iuxta superficiem cristæ conspicis, regulam adsumme superiorem, eius pinnacidium perforatum verte ad oculum tuum, diligenter obseruans, quomodo lunam per pinnulam & nodulum istum deprehendas, id vbi rectè feceris, iam tibi linea fiduciæ regulæ inferioris gra. ☽ monstrabit in zodiaco, & linea fiduciæ superioris regulæ distantiam ab Eclyptica, vel meridiem versus vel ad septentrinem.

ENVNCTIATVM QVARTVM

Horam tam diurnam ẽt nocturnam ex lunarib. radiis deprehendere.

LIneam fiduciæ regulæ inferis super gradũ Lunæ colloca in Eclyptica, & vbi sic visum tuum per pinnacidia superiora, vel directe iuxta cristam perduxeris vsq; ad Lunam, tunc gradus Solis in zodiaco inferiori horam quæsitam tibi monstrabit in æquatore.

ENVNCTIATVM QVINTVM.

Ex stella aliqua cognita horam noctis certam inuenire.

CVm iam ex capite primo primi Cometæ cognitũ habes & perspectum, quomodo colligas gra. longitudi, & latitud. alicuius stellæ quam prius nosti, tunc regulam inferiorem in superiori zodiaco pone super gra. longitudinis stellæ, & regulam superiorem in crista colloca super gra. latitudinis simul, tamen hoc obseruans, an stella sit in latitudine septentrionali vel meridionali. Deinde zodiacũ zodiacum totum reuolue (regulis tamen sic manentib. immotis) huc illuc, tantisper dum stellam istam per superiorem regulam perspicere quæras, vel ipso nodulo stili contegere, ita statim gradus solis zodiaci inferioris monstrabit tibi in æquatore horam noctis quæsitam.

ENVNCTIATVM SEXTVM.

Stella fixa prænognita, reliquarum omnium, tam errantium ẽt fixarum vera, secundum longitudinẽ & latitudinẽ loca deprehendere.

EX prioti propositione quære horã quam fixam, ea inuenta, iam eod iud momentum compositum, qu immotum, & cristam huc illuc ipsius attolle & deprime tanti gradum scire cupis ad pinnac nea fiduciæ regulæ inferioris bit longitudinis stellæ, superior autẽ gradum l discesmeridionalisue sit an septentrionalis.

ENVNCTIATVM SEP

Idem absq; stellis prænognitis, effic

VNc si stellarum tibi etiam ignotarum gr. tudinis aut latitudinis certos nosse desyderas, quod prius cognita habeas vera minuta horæ, per horologium rectissimum, ad eam horam & minuta promoue gradum in quo Sol est illo die, vel etiam ea ipsa hora, & habebis zodiacum sic recte ordinatũ, deinde regulam superiorem verte ad quamcunq; voles stellam, & lineæ fiduciæ ambæ monstrabunt tibi superius & inferi gradus tum longitudinis tum latitudinis.

ENVNCTIATVM OCTAVVM.

Incognitionem stellæ cuiusuis vel fixe vel erroneæ citra præceptoris operã solo Astronomici præsentis auxilio peruenire.

SI forte vnam tantũ stellam fixam cognoscis, & vtrãq; regulam ad gradus longitudinis & latitudinis illius reponis. Zodiacum quoq; deinceps rectificas, sicq; stellam aut planetam sine magistro aliquo cupis agnoscere, agè, gradus ipsius tum longitudinis tum latitudinis ex Astronomico hoc nostro fac conquiras, vel ex tabulis Alphonsi, aut aliunde, & sic zodiaco rectè cõstituto, regulam infimam promoue super gradum longitudinis planetæ vel stellæ fixæ, superiorem autẽ in crista pone super gradum latitudinis & mox per pinnacidium superioris regulæ intuere nodulum, qui tibi stellam conẽgit in cœlo antea optatam, tantum nunc etiam vere inuentam.

ENVNCTIATVM NONVM

Ascendentem Zodiaci gradum cuius momento debitum, præsens per instrumentum ocyssimè deprehendere.

ZOdiaco iam vnà cum crista debite locato, veluti prior a docuerunt enunciata, punctum N in cristæ regula signatum versus signiferum (ea qua maximè horizontem supra videtur eleuari parte signifer) dirige. Cristam vero vnà cum regula huc illuc, donec filum perpendiculi gradum semicirculi sui altissimum occupet, age. Dehinc Zodiaci gradum, quẽ fiduciæ linea exprimit, qualis est, vtrinq; ab Horizõte situs 90 gestimi obserua, cui si 90 alia adiicis gradus exortiuus vel ascendens resilit, si autem 90 demis, id si retro contra signorum ordinẽ in Zodiaco numeras, occiduus siue descendens redundat.

ENVCTIATVM DECIMVM

Expedita facilitate longitudinem regionis inuenire.

DECORVM est quod hic adgrediamur docere Lector, & hoc enunciato inuestigare. Quod si forte aliquot annis cœlum nunquàm videris; ignores etiam (quod fit non raro) vbi nam gentium, terrarum, locorumq; sies, neq; id inquirere possis, tua tamen adhuc fretus arte & industria, quam vel ex proverbio, Omnis terra alit, cupias ex te ipso id reficisce re. En modum tibi quo in Torqueto huiusmodi inuenias facillime.

Principiõ

ASTRONOMICAE CAESAREVM

Principiò itaq; bene institutum te esse oportet in supputando motu lunari ad quaslibet horas. Quandocunq; ergo siue interdiu siue noctu (modo Lunam videas) regionis inquirere longitudinem cupis, horã absquã tibi certam propone, & zodiacum rectifica in die per Solem, no ctu per planetam aut stellam, aliquam fixam, quo sic apte compolito, regulam superiorem simul cum crista versus lunam conuerte & inue nies verum gradum iuxta lineam fiduciæ regulæ inferioris. Verum in longitudinis gradu considerando aspectuum diuersitas, nõ nihil er rotis ingerere potest, qua ratione etiã in loci longitudine aberrare cõ ingit. Proinde peccatum hoc, vt euitetur, 90 mus ab ascendente per enunctiatum precedens inquirentius est ante omnia, quo ula ad lunam dirigenda, directa regula, si gradus lunæ idẽ scendente est, certus es lunam omni aspectus diuersita dinem carere. Ita etiam per gradum lunæ loci quoq dinem cognoscere potes, si horam primo, vt nosti, per gradum competentem, meridianoq; ingol em ex lunæ theorica mutuaris. Motum tamẽ unę diurno hic accipias oportet. Nam simu theorica reperti, & loci è Torqueto sumpti, ha um motum diuidis. Quod quidem productum nsis & loci alterius propositi differẽtiam refert. per Torquetum inuentus maior est, locum pro iorem Ingolstadio esse designat, quamobrẽ ab In is est, Minor Torqueti gradus eo quẽ theorica osten ositum Ingolstadio orientaliorem innuit, quare adden inis differentia est, vt vera loci longitudo oblati ꝓdeat.

ENVNCTIATVM VNDECIMVM

Ortum Solis & occasum, quantitatem quoq; dici & noctis inquirere,

RTVM Solis agnoscere volens, regulam fiduciæ inferiorem pone super gradum Solis in supremo zodiaco, & regulam cristę superiorem super lineam E G. Dein zodiacum simul cum gr: Solis deuolue ad orientem (modo videas vt torquetum semper ex compassi regula, priusquam vti velis recte sit constitutum) & tantisper eum huc illuc verte dum filum cum massa plumbi in semicirculo super punctum P (qui nullus est gradus) dependeat. Deinde vide quam horam gradus Solis Zodiaci infetioris demonstret in æquatore, ea erit hora ortus simul & tempus seminocturnum, Complementum eius ad 12 occasum Solis simul & tempus semidiurnum, quod idem est, relinquit. Duplicato tempus semidiurnum, & habebis totius diei longitudinem, similiter tempus seminocturnum duplicatum, præbet tibi longitudinem noctis.

ENVNCTIATVM XII. ET VLTIMVM

Horam occasus aut ortus stellæ, & arcum illius diurnum & nocturnum inuenire.

REgulam cum sua linea fiduciæ pone in zodiaco super gradum longitudinis stellæ siue planetæ (quamuis latitudine stellæ hic parum indiges) eumq; gradũ verte versus orientem tam diu, donec filum cum plumbo cadat super mediam lineam semicirculi, & sic gradus solis vbicunq; constiterit tibi monstrat horam & eius minutum, quo stella ista exoritur. Atq; cum tẽpore seminocturno operare sicut superiore enunciato edoctus es.

FINIS.

FACTVM ET ACTVM INGOLSTADII IN AEDR
BVS NOSTRIS. ✠ ANNO A CHRISTO
NATO ✠ SESQVIMILLESIMO QVA
DRAGESIMO ✠ MENSE
MAIO
✠
Ingolstadij 1544. Maggio
1550

IN INSIGNA PETRI APIANI CARMEN DIALOGICON CHRISTOPHORI STATMIONIS M. D.

Cur Apianus habet primum noua symbola Petrus,
Antea non illi munera sueta domo?
Ille suí generis primum decus extitit, vnde
Nominis æterni talia dona tulit.
Dic rogo cur Aquilam monstret? quia gestit vt illa,
Hic quoq; perpetuò cominus ire Ioui.
Ardua cur nubes inter volat illa? quod ille
Scrutetur cælsi sydera summa poli.
Cur nubes septem tantum? (mihi namq; videntur
Non plures:) septem bis licet esse putes.
Est bene, sunt septem, fieri non possit Apelli
Hoc aliter, nubes exprimat ille modo.
Hæ totidem cœli referunt errantia vasti
Sydera, peruigili mente tuenda viro.
Cur capitis summum, pedis ima vtriusq; sub auro
Irradiant, reliquo corpore nigrat auis?
Ingenium quouis quod habet precioſius auro
Et mentem doctas fingere quæq; manus.
Quę duo si nusquam præsenti discere libro
Si modo cui libeat, fatq; superq; licet.
Aurea quid clypeo superaddita quæso corona
Vult sibi? Dicteum est regia stella decus.
Hæc etenim velut ornato stat gloria cœlo,
Sic cœli docto vult decus esse viro.
Conueniunt certe studiis insignia summis
Summa: nec à genio sunt ea dona leui.
Autor honoris quis? deus est. Deus ille quis oro?
Quintus Rhomano Carolus orbe potens.
Vnum mens recte præsagiit: sed mihi dicas,
Cur nam terreno des homini esse deo?
Quid vetat assimiles rerum vel dicere eosdem,
Cum præter loca nil separet hosce duos.
Hic regit astra potens, hic terrę cuncta gubernat,
Illum sceptra canunt, sceptra loquuntur eum,
Ambo nonne vides Aquilæ velut alitis arma
Et cœlò & mundo clarã subinde vehant?
Hinc adeo vere similes dicuntur vtriq;,
Iuppiter ille poli, Iuppiter ille soli.

De Aquila P. Apiani à diuo Cæsare Carolo Quinto pro insigni gentilicio eidem collata M Symonis Mineruii decastichon.

Cur Apianæ Iouis ales gentis imago est?
Ab Ioue q; cum Aquila multa Apianus habet.
Fulminis illa instar cursum sub nubila condit,
Ille celer penetrat nubila & astra polos.
Aduersis Solem radiis hæc cernit, at ille
In Sole & cœlo lumina fixa tenet.
Fert volucrum primas super astra ministra tonantis,
Astricolum nulli Petre secundus eras,
Quam bene conueniunt data Cæsare symbola rebus,
Cæsaris i genio numen inesse nega.

IN INSIGNIA P. APIANI, MATHEMATICI Ingolstadiensis, Marcus Tatius.

Iuppiter ortus erat, Cræteq; abductus in Idam
Proluuoti dederat Patris ab aure fugam,
Dumq; ferit clypeos, atq; æra sonantia Gallus,
Tutus inaudito quo fleat ore Puer.
Ecce pii sonitu Benewizi excita canoro
Aduolat, Atq; Ioui mella ministrat Apis.
Postquam igitur Patrem regno excussisset auito,
Talia rex victor Iuppiter orsus ait.
Lactis Amalthææ: ac Benewici munere mellis
Cœlipotens factus, præmium vtriq; dabo.
Altera sydus erit: spectator sideris alter
Gaudeat Astra animo supposuisse suo.
Tantus apud Latias mutato nomine gentes,
Qui Benewizus erat, post Apianus erit.
Vteq; meus sublime volans in nubibus Ales,
Solare aduerso respicit ore iubar.
Tali Apianus idem speculabitur Aethera vultu,
Cœlestesq; suo numine pandet opes.
Hinc diuina sua, ferat hinc Insignia ab arte,
Extensamq; Aquilam, Nubiuagosq; sinus.
Errones septem septena volumina Nubis,
Meq; Aquila authorem denotet ipsa Iouem.
Lapsaq; Rhomanus post plurima sæcula Cæsar
Iusserit hæc Quintus Carolus esse rata.



